in adintorio. Tūc pontifex interrogauit iesum de duobus Primo de discipulis suis. Secūdo de doctrina eius. Sed xp̄us ad primā questionē non respondit quia nihil potuit boni dicere de discipulis q̄ omnes fugerunt ab eo. Nec voluit malum loqui de eis In quo dans nobis exemplū vt si nō scimus bona loqui de prīmis. vt etiam nō loquamur mala. Et cōtra hoc aliqui grauiter peccant qui produnt mala primorum eos infamando. vnde Chrisostom⁹. Quia sicut est mortale peccatū innocēti falsē crimen imponere sic verū crimen occultum alijs reuelare. Sed ad secōdam ptem questionis respondit iesus. Ego palam locut⁹ sum mundo ego semp docui in templo & synagoga vbi omnes iudei conuenerāt. Interroga eos qui audierūt quid locut⁹ sū cis. Tunc vnus ex ministris dedit ei alapam dicens. Sic respōdes pontifici In hac alapa impleta ē ꝓphecia illa Treñ. 3. Dedit percutienti se maxillam Ipse vō dominꝰ iesus christ⁹ hanc alapam ꝓ nobis patienter sustinuit. Vnde etiam percutienti se mansuete respondit Si male locutus sum testimonīū perhibe de me Si aūt bene cur me cedis T

Ex hoc articulo habem⁹ tria documenta Primū est vt ora nr̄a ꝓpescam⁹ xp̄c eñ alaphizari voluit vt nos ora nostra ꝓpescamus ne ptra deum murmurem⁹. quia quando nos loq̄mur que displicēt auditori tunc alapis ceditur. Ergo non debem⁹ loqui ptra deum nec murmurare ꝓpter pauptatem nec ꝓpter infortunium nec ꝓpter aerem nec propter mortem puerorum aut consanguineorum nec etiam propter ꝓprias infirmitates corporis. Deus enim facit sicut pius et fidelis pater quando aliquem hic flagellat hebr. j². Flagellat omnē filium quē recipit. Quia nullus saluatur sine tribulationib⁹ Act. j4. Per multas tribulatōnes oportet nos intrare in regnū celoꝝ. vnde hieronim⁹ in epistola. Libens inquit tormēta pacior vt futura mihi gl'ia seruetur. Secūdum documentū vt nos discam⁹ patientiā habere in iniurijs & cōtumelijs a primis nobis illatis. vnde Augustin⁹. Potuisset eñ dominꝰ facere illum qui eum percussit celesti igne ꝓsumi aut a terra absorberi aut arreptus a demonio vexari aut aliqua alia pena grauiori. Contra hoc faciunt illi qui libenter vellent se vindicare si possēt Et cum non possunt tunc petunt vindicari a deo hic vel in futuro Vnde Humbert⁹ Si quis a domino vindictam poscit ipsum deum qōāmodo torto⁹em & se iudicem facit. Tercium documentū est vt cum quis te percusserit in vna maxilla animo prepato prebe ei aliam & hoc ꝓ loco et tempore Vnde jordan⁹ christ⁹ promptо animo non solum alteram maxillā iterum percussori prebuit sed & totum corpus ad puniendum exposuit Contra ꝑ faciunt qui nec vnum verbum durū aut opprobriosum ꝓpter deum sustinere volant. vnde Gregorius sup Ezech. 7. Bon⁹ non fuit qui malos tolerare recusauit. vnde etiam Ambros⁹ super epistolam ad hebreos. Nihil aveo ꝓfusionez facit inferenti mala sicut fortis tolerancia sustinētis & neqz in verbo neqz in opere dere vindictam V

Quātuz ad tercīā

partem scilicet de ꝓfessione Sciendū. q̄ ꝓfessio debet esse lacrimosa q̄ cū dolore & amaritudine cordis petā sunt ꝓfitenda vt dei mīaz ꝓsequamur. vñ Gregorius Illum quem conspicī delicta cum fletu dolere in conspectu deitatis non dubites mīaz ꝓsequi. Contra ꝑ faciūt q̄ petā sua q̄si fabulā sacerdoti ꝓponunt nullā verecundiā de pctis suis hñtes. Vnde Berñ. Sunt q̄ ꝓfitendo sic fabulā pctōꝝ suoꝝ narrāt historiā & egritudies aīe sue sine ꝓfusione dinūerāt Sz ver⁹ penitēs cū verecūdia debet petā sua ꝓfiteri. Vnde Berñ. Ideo iubemur confiteri peccata vt erubescentiam habeamus ꝓ pena:

Augustinꝰ in libro de penitentia. Erubescencia em̄ magna est pena Ideo q̄ erubescit ꝓ xp̄o dignꝰ fit misericordia xp̄i. Ergo ꝯfitens nō debet ꝯtrahere nimiā familiaritatē cum ꝯfessoribꝰ suis qꝛ per talem familiaritatē tollitur erubescētia que est maxīa ꝑs satisfactōnis Unde de hoc habet in decretis. Pudor ⁊ erubescentia est pars maxima pnīe ⁊ satisfactionis. de pnīa dis. j. Quem penitet: Ex iam dictis elicitur ꝙ salubriꝰ est cōfiteri illi viro literato in cuiꝰ p̄sencia maiorem sustines erubescentiā. X Sꝫ queritur quid sentiendū sit de illis qui flent ꝓpter mortem amicoꝝ vel puerorū vel etiam ꝓpt̄ damna rerū tꝑaliū ⁊ nō flēt ꝓ peccatis suis. Repondet ꝙ est signuꝫ duri cordis. vnde Augꝰ d̄ pnīa. Sciat se culpabiliter duruꝫ qui deflet mortē amici vel damna rei temporalis et dolorem peccati non ostendit in lacrimis. Ergo talis durus obstinatꝰ peccatoꝛ debet se ip̄m ad fletum ꝯpellere ꝑ interiorem cōtritionem scilicꝫ cogitando damna peccati penas inferni gaudia celi terrorē extremi iudicij ⁊ superamaram passionēꝫ xp̄i. Et si sic non ꝓficit tunc apponat exteriorem punitionē corporis scilicet flagellando seipsum Et si nullo modo p̄t se ꝓuocare ad fletum ꝓpterea non debet desperare sed doleat de hoc. Et sic deus recipit voluntatem profacto. vnde Augustinus. Coronat deus intus voluntatem vbi non inuenit facultatem

Vltimo exēplum

De dyabolo qui vidit homines claros recedere de confessione

Sacerdos quidā cū tp̄e q̄drage simali in ecclesia sua sederet. ⁊ sibi ꝯmissoꝝ subditoꝝ ꝯfessiones audiret. alijs recedentibꝰ. atqꝫ alijs illic accedentibꝰ. int̄ expectantes q̄dam stabat q̄ntū ad appenciā corpe iuuenis et robustꝰ. ꝯfitēdi tempꝰ expectās. Oībꝰ igitur expeditis ipse nouissimꝰ accessit. coram sacerdote genua flexit. ad ꝯfessionē os apuit. q̄ tanta ⁊ tā enormia ꝯfessꝰ est crimīa. tam multa homicidia furta. blasphemias. periuria. discordias ⁊ alia hꝰ mōi silīa. q̄ꝝ se actorem incentorē siue suggestorē esse dicebat. vt sacerdos taꝫ horrore q̄ꝫ tedio grauatꝰ diceret ad illū Si mille eēs ānoꝝ nimis essꝫ tā grauia ⁊ tam mlta te ꝯmisisse pctā Adq̄d verbum ille respōdit. Ampliꝰ sum q̄ꝫ mille ānoꝝ. Tūc ampliꝰ sacerdos territus ait: Quis g̊ es tu Rn̄dit ille demon Ego suꝫ vnꝰ ex illis q̄ cū lucifero ceciderūt. pctā mea ex mīma ꝑte tibi ꝯfessus sum. si velles audire residua q̄ sunt innūerabilia ꝑatus essem tibi ꝯfiteri. Sciēs āt sacerdos pctm̄ dyaboli esse insanabile dixit Quid tibi cōe cum ꝯfessione o dyabole Rn̄dit demō. Stabā ex opposito tui. vidiqꝫ ad te pctōres accedere ⁊ redire iustos. auscultans valde diligēter quid illi fecerūt ⁊ dixerunt. quid ve illis rn̄sum sit. ⁊ ꝙ post grauia peccata ꝓmissa sit eis indulgentia peccatoruꝫ vitaqꝫ eterna. Ego vero idem sperans cōsequi veni peccata mea ꝯfiteri. Sacerdos vero exemplo sancti martini fiducialiter respondit dyabolo. Si volueris vti cōsilio ⁊ agere de peccatis tuis penitentiam pure sicut hiq̄s hinc exire vidisti. similē indulgentiā ꝯsequeris Rn̄dit demon. Si tolerabilē mihi iniunxeris satisfactionē parebo tibi. Ego inquit sacerdos valde modicam ⁊ minorem q̄ꝫ his qui ante te cōfessi sunt tibi iniūgam penitentiā. Vade igit̄ ⁊ tribus vicibus in die iacta te in terrā. sicqꝫ ꝓstratus dicas. dn̄e deus creatoꝛ meus ego peccatoꝛ peccaui tibi. ignosce mihi hec solūmodo sit penitētia tua. Cumqꝫ dyabolus diceret. non possum hoc facere. nimis est mihi graue Rn̄dit sacerdos Quare in tam modico grauaris. Rn̄dit dyabolus. non possum inquit in tantum me humiliare ei. Aliud quidq̄d iniunxeris mihi libenter suscipiā Tūc indignatꝰ

sacerdos subiunxit. O dyabole si tanta est cordis tui supbia. vt nec velis nec possis te in tā modico hūiliare creatori tuo. recede a me. quia neqz hic neqz in futuro misericordiā ꝯsequeris ab illo Ad quam vocem ille dyabolꝰ mox euanuit. Hec Cesariꝰ in dyalogo

Feria quinta post Reminiscere. Sermo. xvj.

Omo quidā erat diues ⁊ induebat purpura ⁊ bysso ⁊ epulabat q̄tidie splendide Verba hec originalit̄ scribunt Luce. j8. Recitatiue aūt in p̄sentis dici euāgelio Sepe eñ xp̄c qd̄ dixerat verbo ꝯfirmabat exemplo Supiꝰ q̄dem ab appetitu diuiciaꝝ homīes retraxerat ⁊ ad faciēdū elemosinas induxerat. Pharisei aūt q̄ erant auari eum deridebant Ideo illud exemplū ꝯtra eos dixit vt esset verificatum. qd̄ d̄r Math. 7. Lata est via q̄ ducit ad perditionē. Et arta que ducit ad vitam. Diues igitur ille iuit ꝑ viam latam ⁊ ideo ꝑditionē incurrit Lazarus aūt ꝑ viā artā ⁊ ideo vitam inuenit Vñ in p̄senti ſmone tria sunt dicenda. p̄mo d̄ euāgelio. scd̄o de decimo articl'o passiōis xp̄i. tercio de ꝯfessione cū vno exemplo. Quantū ad p̄mū sciendū ꝙ status illiꝰ diuitis fuit in magnis diuicijs in vita sua ergo dicit diues Non eñ rep̄hendit qꝛ diues erat sed qꝛ circa diuicias peccabat. Primo auare retinēdo qꝛ pauperi nihil dare volebat hoc eñ est ꝓpriū auari vt omīa bona retineat ⁊ nulli alteri donet Unde in ꝑsona auari. dicit Ecci. xj. Inueni req̄em mihi ⁊ nunc mā ducabo de bonis meis solus Sciendum ꝙ ille diues nullam excusationē p̄t habere de impietate ⁊ ī misericordia sua circa illum mendicū ⁊ pauperē lazarum Primo si diceret multi fuerūt paupes et nō omībꝰ potui sufficere ḡ dimisi. ꝯtra h̄ euangeliū dicit ꝙ nisi vnꝰ fuit. qꝛ dicit q̄dam id est vnꝰ. Scd̄o si diceret ꝑ se habuit sufficienciā ḡ dicit mendicꝰ eo ꝙ nihil habuit. Tercio si diceret ꝙ nō vidissz eū ergo dicit jacebat ante ianuas. vñ Gregoriꝰ in omel'. hodierna. haberet aliquā excusationē forsitan diues si lazarꝰ pauper et vlcerosus ante eius janūam non iacuisset et si remotus fuisset. Quarto ꝙ laborare potuisset ergo dicit infirmꝰ vlceribꝰ plenꝰ Quinto si preciosa petiuissz ḡ dicit cupiebat saturari de micis. Sexto si ꝑ familiā dedisset ergo ipse non ꝑ se dedit ergo dicit nemo illi dabat.

A Pro quo sciendum ꝙ sicut diues ille peccauerat in vbertate diuiciaruz sic iam punitur in extrema paupertate. In signum huius dicit pater abraam mitte lazarum vt intingat extremuz digiti sui in aquam. Non enim petebat balsamuz vel vinum neqz situlam aque nec manuz plenam aque sed tantū minimū digitum intinctum aqua ⁊ non potuit obtinere. Jacobi. 2. Judicium fit ei sine misericordia qui non facit misericordiam Unde queritur hic quare petit guttam aque cum magna copia aque non potuisset sibi refrigerium prestare Respondetur ꝙ hoc fecit propter tria. Primo ad ostendendum ꝙ tanta est penuria omīs consolationis in inferno ꝙ etiam gutta aque esset sibi aliquod refrigerium. Secundo quia habuit se ad modum indigentium siue mendicantiū qui petunt ⁊ tamē non sperant habere plus q̄m petunt. Tercio quia putabat si in hoc modico exaudiretur ꝙ adhuc in maiori exaudiretur Sed deceptus est Nam mille anni sunt et plus ꝙ ille diues pecijt et tamen adhuc habere nō p̄t nec habebit in ꝑpetuū. Quia sic̄ negauit lazaro micā sic deus negauit sibi guttam qꝛ eadē mēsura qua mensus est remetietur ei.

B Secūdo status illius diuitis fuit in honoribus quia induebatur purpura et bisso ad ostentationē et vanam gl'az

Unde Gregorius in omelia. Nō pro sola inquit inani gloria vestimentū pretiosus queritur. Ipsa testatur q̄ nemo vult ibi vestibus pretiosis indui vbi ab alijs nō possit videri Sciendum q̄ aliqui non putant esse peccatum Indui pretiosis vestibus. Contra hoc dicit Gregorius in omelia. Sunt nōnulli qui cultum subtilium p̄ciosarumq; vestium nō putant esse peccatū q̄ si culpa non esset nequaq̄; sermo diuinus tam violenter exp̄meret q̄ diues qui torquebatur apud inferos purpura et bisso indutus esset. Et quia in p̄senti diues ille peccauerat in vestium varietate. Ideo iam punitur penarum diuersitate habuerat enim duplicem mutationem vestium scilicet purpuram et bissum et ideo modo habet duplicē mutationem penarum. De quibus dicitur Job. 24. Ab aquis niuiū transeūt in calorem nimium. Qui enī induebatur purpura que habet colorem ignium modo induitur veste ignita et qui induebatur bisso que habet colorem album siue candidum modo induitur vestimento scilicet niue. Quando igitur diues est in flāma tunc indutus est purpura quando est in niue frigidissima tunc indutus est bisso. Tercio status eius fuit in delicijs faciebat enim cōuiuia lata. Ideo dicitur epulabat q̄tidie splēdide Et q̄ peccauit peccato gule in presenti ideo iam punitur in adustione lingue. Non est autem dicendum q̄ diues habeat linguam corporalem in inferno Sed dicitur cruciari in lingua id est in anima que pro peccato lingue amplius torquebatur. Tripliciter enī peccauerat in lingua. Primo pauperem irridendo. Secundo nimis voluptuose edendo. Tercio ad detractionem ipam laxando. Multi sunt etiam isti pares qui p̄ isto triplici peccato lingue punitūr qui et de paupibus irrisiones faciūt et late et voluptuose comedunt et bonis detrahere nō desistunt. Item sciendum. Nō status lazari cōtrarius statui diuitis fuit. quia q̄n quis esset iustus tam multus fuit isto mūdo afflictus. Primo in extrema paupertate quia mē dicus nec habuit domū nec lectum ergo iacuit in plateis ante domum diuitis. Sicut ille diues vixit in diuiciarum vbertate sic et ille in extrema paupertate. Secundo afflictus est in infirmitate graui q̄a vulneribus et vlceribus plenus non in vna parte et in vno membro corporis sed totum corpus vlceribus et vulneribus plenum fuit. Tercio afflictus est fame quia cupiebat saciari de micis. Quarto impietate quia nullus ostēdit sibi humanitatem sed et canes lingebant vulnera et vlcera eius. Sed quia lazarus in p̄senti sic multipliciter est afflictus ideo post hanc vitam ab angelis est in sinu abrae deportatus. £

Ista autem deportatō facta est propter custodiam. Unde psalmi. 40 Angelis suis mandauit de te. Secundo p̄pter reuerenciaz sic epi copi in manib⁹ portant q̄n intronizāt. Tercio p̄pter leticiā Xpi Sufficiebat ad portandū paupez vn⁹ angelus sz p̄pterea p'les veniūt vt chorus leticie faciāt Modo ipe lazarus p̄solatur Nam p̄pauptate bz iam infinitas diuicias p̄ infirmitate p̄petuā sanitatē p̄ tristicia eternū gaudiū p̄ fame eternā saietatē. de q̄ in p̄s. 16. Saciabor cū apparuit gl'a tua. Item sciendū sm btūm Gregm. q̄vsq; ad iudiciū boni malos et etiā mali bonos vidēt. p⁹ iudiciū aūt mali non vident bonos. boni aūt semp videbūt malos vt sic semper eorū gaudium crescat q̄ illa mala p̄ misericordiā dei euasert. Item post hāc vitā cognoscem⁹ quos in hac vita vidim⁹ et non solū illos sed etiam ās nūq; vidim⁹. Nam diues ille cognouerat Lazarum quem ante ianuam iacere viderat et etiam cognouit Abraam quem nunquā in hac vita viderat

Circa secundam

partem illius sermonis Sciendum q̄ de

cimus articulus passionis christi Est p̄sentantio cayphe et falsi testimonij accusatio ɔtra iesum. Cum enim dominus accepisset alapā tunc misit eum Annas ad Caypham ligatum ad quem sacerdotes et scribe et seniores venerant Et cuz christus staret coram caypha. princeps sacerdotum et omne consilium querebant falsum testimonium contra iesum vt eum morti traderent et non in festo. Cum multi falsi testes accessissent Noui autem duo falsi testes surrexerunt dicentes. Nos audiuimꝰ eum dicentem. Possum destruere templum dei hoc manu factum et post triduum aliud non manu factum reedificabo. Ex hoc autem conabantur probare ꝙ ipse diuinam potentiam quasi deꝰ sibi vsurparet sed erant falsi testes quia sensum et verba christi mutabant hec enim erāt verba christi. Soluite templum hoc ⁊ in tribus diebus excitabo illud ⁊c. Sed ipsi apposuerunt de templo manu facto. Christus autem dicebat d̄ templo corporis sui. Huiꝰ modi autem falsa testimonia nō modicum ledebant christum. Si enim homo dolet de falso testimonio qd̄ est contra res temporales et plus quando est contra honorem suum et maxime cum est ɔtra vitam suam quid tunc christus qui est veritas tota. Ex isto articulo habemus tria documenta. Primum est ꝙ nō debemus terreri si ad malos et iniquos iudices ducamur ꝓpter fidem et veritatem quia quāto iudices sunt nequiores tanto faciunt martires gloriosiores Exemplum in apostolis Petro et Paulo q̄ sub impudentissimo scilicet nerone passi sunt. Et beato Laurentio qui sub nequissimo Decio cōsumauit agonem ⁊ sic de alijs. Secundo ꝙ nos falsum testimonium vitemus ne similes efficiamur illis q̄ falsum testimonium ꝓtulerunt contra christum. D Pro quo sciendum ꝙ falsus testis. Primo animam ꝓpriam occidit cum suo falso testimonio et mēdacio. Sapien. p̄mo. Os quod mentit occidit animam. Secundo xp̄m negat ⁊ contemnit. quia qui veritatem negat xp̄m negat qui est veritas immo est valde horrēdum nomen dei assumere in testimonium falsitatis. Tercio ꝓximum ledit aut damnificat aut in rebus aut in fama aut in persona cum suo falso testimonio Et sanctꝰ Thomas. ꝛꝛ. q. 7. dicit. ꝙ falsus testis peccat mortaliter ⁊ tenetur ad restitutionez omniū damnorum que per suuz falsum testimoniū ꝓximis euenerunt. Et que sine suo falso testimonio nō euenissēt. Tercium documentum est vt discamꝰ falsas criminatōes si nobis inferantur amore dei paciēter sustinere sicut christꝰ ꝓ nobis ad omnes criminationes falsas tacuit. Et ipse discipulos suos hoc idem docuerat. Dicēs Math. 5. Beati estis cum vos maledixerint homīes ⁊ ꝑ se. vos fu. ⁊ dix. o. ma. ad veri. mencientes ꝓpter me gau. ⁊ exultate. Sed tamen sciendū. ꝙ si q̄s innocent̄ infamaret̄ talis debet esse patiens in animo attamen debet defendere famā suam Unde d̄r in decretis Famam suam negligens crudelis est. jr. q. 2. Sciꝰ īmo innocēt̄ infamatꝰ potest cū iuramēto ⁊ sine peccato defendere famā suam. Unde d̄r in decretis. Licitum iuramētū fit ꝓ infamie expurgatione 2. q. 5. p̄be

E

Circa tertiam partem

illius sermonis scilicz. de ɔfessione est sciendum ꝙ confessio debet fieri cum spe ⁊ cum vera humilitate Bernardus humiliter ɔfitenti remittit deꝰ peccatū dyabolus eum quē in corde hominis inuasit amittit p̄ncipatū Item cum bona ɔfidencia debet fieri ɔfessio firmit̄ sperādo se posse cōsequi misericordiā ⁊ etiam indulgenciā. vñ etiā p̄s. 31. Sperantem autem in domino misericordia circum. Quā misericorditer aūt deꝰ vere ɔtritis et confessis peccata indulget. ostendit

Bernardꝰ dicit. Sic indulsit mihi ex toto deus ⁊ tam liberaliter donauit iniuriam vt nec damnaret vlciscendo nec cõfunderet improperando Item ad spem habendam induci debet nos dispositio xpi in cruce. Nam in signum misericordie habet caput inclinatum ad osculum. brachia extensa ad amplexum pedes affixos ad nobiscum pmanendum Item sciendum ꝙ quicunqz non habet firmaz spem ⁊ bonam fiduciam ad deum ꝙ sibi velit et possit peccata sua indulgere illiꝰ confessio non valet Augustinꝰ Penitentia que ex fiducia nõ ꝓcedit inutilis est et sterilis manet ⁊ sine misericordia

Vltio duo exempla. Primo ꝙ demones amplius nesciũt peccata confessa

Vidam canonicus ordinis premonstratensiũ ductus fuit a pore monasterij ad fugandum demonẽ de obsesso ⁊ laudabilis vite erat. Quo viso dyabolus per os hominis clamauit. Ego quedaz de eo scio ꝓpter que eum non timeo. Qui confessus culpam minima tamen erat. et rediens quesiuit si demon de eo aliquid sciret Respondit adhuc aliqua vestigia culpe apparent in te ⁊ mõ stimulus est securus Qui intelligens stimulum corpalem disciplinam. abijt et recepit disciplinam. ⁊ reuersus interrogauit vtrum de eo aliquid sciret. Respondit dyabolus per iudicium meũ modo nihil scio de te

Aliud exemplum Sacerdos ꝓfitebatur seruo in stabulo

Iles quidam in villa quadam habitabat cuiꝰ vxorem eiusdez ville sacerdos p adulterium maculauit. quod cũ miles audisset quia vir prudens erat, verbis nõ facile credidit. nullamqz de hoc mentionẽ facere voluit vxori sue vel sacerdoti. veritatem veri us volens experiri. non tamen sine suspitione fuit. Erat autẽ in quadam villa nõ multum a militis villa remota quidam obsessus in quo demon tam neqz erat. vt coram astantibus improperaret peccata que p ꝓfessionem veram nõ essent detecta. Quod cum miles itellexisset rogauit suspectum sibi sacerdotem vt ad colloquium quoddã secum ire nõ recusaret Et adquieuit sacerdos. Cum ergo venissent in villam vbi obsessus erat. cõscius sibi ipsi sacerdos. suspectuz habere cepit militem. quia eum non latebat ꝙ obsessꝰ a tam neqz demone in eadem villa habitaret. timẽsqz vite sue si a demone ꝓderetur. necessitatẽ nature simulans intrauit stabulum ad suum militis coram pedibusqz eius ꝓstratus dixit Rogo te ꝓpter deum vt audias ꝓfessionem meam Quem suus expauescẽs leuauit. audiẽsque dicebãtur ab illo. Sacra vero ꝓfessione. cum sibi sacerdos aliquid iniungi peteret Respondit ille di. Quantũ alteri sacerdoti ꝓ tali crimine iniunxeritis. hec sit satisfactio vestra Sicqz exiens securi or cum milite ad ecclesiã venit in qua demoniacus fuit. ⁊ reqsitus est a milite in hec verba. nosci aliquid de me. hoc eũ ex industria fecit vt sacerdoti iam dicto tollerz suspitõnẽ. Cui demon. Nescio qd respõdeo. Adiecit. Quid videtur de isto homine. Respondit nihil de eo scio. Et cum dixisz lingua teutonica. latine mox subiunxit In stabulo iustificatus est. qz tunc nullus aderat clericoꝝ. Hec Lesarius in dyalogo.

Feria Sexta post Reminiscere.

Sermo. xvij.

Omo quidã erat pater familias qui plãtauit vineam suam Ita scribitur Mat. xxi. originaliter ⁊ in euãgelio hodierno trãsumptiue Johãnes de scõ Geminiano.

homo ꝓfit⁹ est in mundo sicut planta in agro scz ad fructificandū. Unde dñs discipulis suis dixit. Joh. 5. Posui vos vt eatis ꝛc. sed planta facit fruct⁹ naturales. sic homo facere debet fruct⁹ spūales illos scz de q̄bus dicit Math. 3. Facite dignos fructus penitētie Unde in p̄senti ꝑmone tria sunt dicenda. p̄mo de euangelio. scō de vndecimo articlo passionis xp̄i. tercio de confessione cum vno exemplo. Quantum ad p̄mum sciendū. q̄ pater familias est de⁹ pater q̄ habet tres familias vnam in hoc mundo que est ꝯgregatio xp̄i fidelium. Alia est in purgatorio. Alia est in celo: Illi āt qui sunt in inferno nō sunt de familia dei Sed de familia dyaboli Istud rep̄sentat sacerdos quando de corpe xp̄i in altari tres ptes facit Adinnuenō q̄ corp⁹ xp̄i misticum in tres ptes est diuisum. Illa enim pars quā sacerdos in calice ostendit et in vino ꝓsecrato immergit signat illam partem que est in celo que ab omnibus penalitatib⁹ absconditur ꝛ torrente diuine voluptatis inebriatur. Alie autem due partes significant illam que est in mundo ꝛ que est in purgatorio. quia illi adhuc multis penelitatib⁹ exponuntur nec plātate adhuc dīni amoris fruuntur. Sequitur qui plantauit vineam. Sz notandum q̄ de agro vbi plantatur vinea eiciūtur lapides euelluntur spine ꝛ amputātur etiam partes vitis superflue Sic debent a corde peccatoris penitus remoueri lapides id est duricia cordis puta si erat durus paupibus. efficiatur pius. similiter inimicis benignus ꝛc.

Item per ꝓfessionem debent extrahi spine scilicet omnia illa quibus pungitur siue mordetur ꝓscientia. Debent etiam superflua illicite adquisita amputari per satisfactionem vel per restitutionē Lu. j7 Quod superest date elemosinā. ¶

Item sciendum quare anima dicatur vinea. Ad quod respondet Chrisō⁹ super Mathеum. Sicut de vinea nascūtur gēme ꝛ de gēmis flores ꝛ de floribus vue ꝛ de vuis vinum elicitur. Sic de anima viri iusti nascitur bona cogitatio tanq̄z gemma ꝛ sicut de gemmis nascūtur flores sic de bonis cogitationibus nascuntur bone voluntates Nam ꝺm Chrisom Bone volūtates sic apud deum sunt suaues quēadmodū odoriferi flores et sic ex floribus nascūtur vue sic ex bonis voluntatib⁹ nascuntur bone operationes. Jsta autem duo scilicet bonas cogitationes et operationes a nobis habere nō possum⁹ sed a deo Philip. 2. Deus est q̄ operatur in nobis velle et pficere. Sicut autem de vuis vinum elicitur sic ex bonis operibus etiam in p̄senti magnum gaudium generatur Unde sup illud psalmū. In custodiēdis illis retributio multa dicit Glosa. Non tantum p eis redditur p̄mium in futuro sed ꝛ hic in eorum custodia magnum est gaudium ¶

Item videndum est quare deus istā vineam id est animaz in corpe humano plantauit. Ad quod dicendum q̄ hoc fecit propter tres causas. Prima est vt deus opera sua perficeret. fecerat enim deus creaturam puta corporalem scilicz celum et terram. ꝛ spiritualem scilicet angelum. Et ideo ne in dei opere ꝓplementum remoueret oportuit q̄ faceret terciā creaturam que esset corporalis ꝛ spiritualis simul. id est hominē qui cōstat ex corpore ꝛ anima ꝛ sic de alijs. Secunda causa est vt et anima in corpore ꝛ p̄ corpus merita multa adquirat. Quia quedam sunt in q̄bus anima non potest nisi per corpus ꝛ in corpore mereri sicut ieiunando ꝛ pegrinando martirium sustinēdo flagellationes ꝛ abstinencias ꝛ sic ō alijs. Tercia ratio est vt homo maiorez gloriaz percipiat in futuro. Si enim anima fuisset separata tunc tantum fuisset in visione dei glorificata Sed modo homo qui est ꝓfitus ex corpore ꝛ anima glorificabitur tam in corpore q̄m in aīa id est in visione deitat[is] ꝛ būanitat[is]

Sermo

Quantū ad secun

dam ptem illius sermonis Sciendum q̄ vndecimus articulus passionis christi est blasphemie falsa impositio. Videns enim princeps sacerdotum q̄ testimonia p̄ducta cōtra iesum non sufficiebant ad eius p̄demnationē surgēs in medio dixit ad iesum. Non respōdes quicq̄ ad ea que obici.tibi. Ipse autem tacebat. Et rursum princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis si tu es filius dei. Ait illi iesus Tu dixisti ego sum. Verum tamen dico vobis A modo vide. filiū hominis scilicet in die iudicij sedentem a dextris vir. dei ⁊ veni. in nubibus celi scilicz ad iudicādum. Tunc princeps sacerdoeum scidit vestimenta sua dicens. Blasphemauit quid adhuc egemus testibus. Audistis blasphemiam. Christus enim non solum a blasphemia sed etiam ab omnibus peccatis purissimus fuit tamē blasphemiā sibi imponi p̄tulit vt nos a blasphemia custodiamus quod est enorme peccatū. Vñ in detestatione illius criminis mos erat iudeis quando aliquid blasphemie audiebant scindere vestimenta. Ex quo articulo habemus hoc documentum q̄ nos summa diligencia cauere debemus peccatum blasphemie quia blasphemi sunt peiores iudeis. quia iudei tantum semel christum crucifixerunt. Sed christianus blasphemus totiens christum crucifigit quotiēs execraliter iurat Apostolus. Rursus crucifigentes filium dei vnde etiam Augustin⁹ super illud Mat 26. Blasphemauit. dicit. Non minus peccant qui blasphemant christum regnantem in celis q̄z qui crucifixerunt ambulantem in terris b

Et ista blasphemia tripliciter fit. Primo ireuerenter iurando per caput ⁊ per capillos vel per nasum. vel per oculos. vel per aliquod simile membrū vel etiaz qui iurant per intestina dei vel per pulmonē christi. vel per cor. vel per ventrem. vel per alia membra dei. Et talis sic iurans si clericus est debet deponi. Silay⁹ anathematizari. xx. q. j. Si quis per capilluz Secundo cum fit abominabilis execratio vel iuratio sicut per lutum vel per pudibunda vel aliud simile. Tercio cum q̄s iurat per quinq̄ vulnera christi vel per mortem vel passionem ipsius vel per pretiosum sanguinem christi. Et quādo talia iuramenta ex deliberatione et ex mala p̄suetudine scienter fiunt sunt mortalia peccata totiens quotiens sic iurat. Etiam si centies sic vna die iuraret centū peccata mortalia p̄mitteret. J

Vnde hic queritur An blasphemia absq̄z deliberatione sit mortale peccatum. Respondetur ꝑm beatum Thomā. xx. q. jz. Qō blasphemia absq̄z deliberatione potest p̄tingere dupliciter. Uno modo q̄ aliquis non aduertit hoc quod dicit esse blasphemiā. vt cum aliq̄s subito ex aliqua cōmotione et passione in verba imaginaria p̄rumpit quorum significationē non considerat neq̄z aduertit tūc est peccatum veniale. Alio modo quando hoc aduertit esse blasphemiam considerans significata verborum ⁊ tūc nō excusatur a peccato mortali sicut nec ille qui ex subito motu ire occidit aliquem iurta se sedentem

Quātuz ad tertiā

partem illi⁹ sermonis scilicet de confessione p̄i⁹ dictum est quomodo tenemur ad cōfessionem et qualis debeat esse cōfessio sic modo in sequentib⁹ ꝑmonibus. vlterius dicendum est. Quis teneatur cōfiteri et quid et quomodo et cui. Queritur quis teneatur confiteri. Respondz sanctus Thomaz et Bonauentura et Scotus. q̄ quilibet adultus qui habet vsuz rationis et qui post baptismum susceptum commisit peccatuz mortale tenetur de eodem confiteri. Quis sit adultus Respondet Scotus. q̄ per adultum

intelligit hominē qui habz etatem sufficientem ad ognoscendum quid iustum et quid iniustum contra legem diuinam et qui prius instructus et interrogatus ordinate percipit quid iustum q̄d iniustum in lege diuina quod in vno ciuis sit q̄z in alio. Jn non nullis etiam malicia supplet etatem Jta etiam debet fieri in bonis Item queritur de illo q̄ est mut9 aut alterius lingue quomodo confiteri debeat. Respondet ꝑm sanctū Thomā. j. distinct. j7. Jn eo qui est mutus aut alterius lingue sufficit q̄ per scriptum aut nutum aut interpretē confitcat quia nō exigitur ab homine plus q̄z possit.

Item hic queritur Vtrum interpres teneatur celare ofessionem. Respōdet sanctus Thomas vbi supra q̄ sic. Quāuis enim proprie sigillum ofessionis non habeat tamen pticipat aliquid in hoc casu de sigillo ofessionis. Item si quis audiret aliqua verba a ofitentibus vel etiam ab ipso confessore illa debet seruare in secreto.

Sed qui scienter auscultaret mala intentione vel etiam ex proposito legeret peccata alterius hominis signata in tabula talis grauiter peccaret in hoc Et adhuc grauiꝰ peccaret quādo illa peccata que sic audit vel legit alijs publicaret. Et etiam confitens non debet loq̄ de bis q̄ dicūtur sibi in confessione quia omnia que ibi in foro ꝺscientie tractantur loco dei tractantur. Nam ibi confitens loquitur sacerdoti tanq̄z ipsi deo et etiam sacerdos loquitur confitenti tanq̄z pater filio et ergo merito illa dicta in confessiōe debent manere in secreto

Item queritur cum quis dicit alicui secretum suum sub sigillo confessionis et ille sic recipit vtrum ille teneatur silere; Respondetur ꝑm sanctū Thomā in. 4. dis. 2j. Homo de facili non debet recipere aliquem hoc modo ac si in confessione haberet. Et circa hoc plures offendunt qui ꝓmittunt et quandoq̄z iurant q̄ velint sibi dicta in secreto reseruare et post modum alijs reuelant vnde quandoq̄z sequūtur inuidie lites et rixe. Et tales tenentur illa confiteri. Et sunt grauiter in confessione puniendi et arguendi quia efficiunt rei omniū malorum que sequuntur ex suis verbis taliter prolatis

Vltimo exēplum

De vno peccatore obstinato qui noluit confiteri et dixit infernum non esse.

Rinceps quidam duxit malam vitam. quem cum hortaretur vxor eius ad ofessionem. dicebat: Non possum cōfiteri. quia timeo q̄ grauis penitentia detur mihi. Cui vxor. Et quomō sustinere poteris penas inferni que graniores sunt q̄z alique pene huius mundi. Cui ipse. Puto q̄ infernꝰ sit. Sacerdotes enim ista adinuenerunt vt timeantur Que videns q̄ nihil proficeret circa eum dimisit eum in pace Quadam nocte cum iaceret in strato suo demōes venientes et accipientes ipsum de lecto suo ad infernum deportauerūt Vxor eiꝰ videns hoc. quia sancta mulier erat orauit deum vt sibi reuelaret statum viri sui Et ecce mane surgens corpus viri sui inuenit quasi ticionem denigratum. et in manu literam in qua erat scriptum Jam certificatus sum q̄ infernus est. et timor quem habui ad agendum penitentiam me illuc deportauit.

Sabbato post Reminiscere

Sermo. xviij.

Sermo

Omo quidã

habuit duos filios ⁊ dixit adolescentior ex illis Pr̃ da mihi portiõnem substancie que me contingit ⁊c̃. Sic originaliter scribitur Luce. xv. sed recitatiue legitur in p̃sentis diei euãgelio In isto euangelio fit mentio de filio prodigo per quem peccatores intelligitur. Vnde in p̃senti ꝑmone tria sunt dicẽda. Primo de euangelio. Secũdo de duodecimo articulo passionis christi. Tercio de beata virgine cum vno exemplo

VB Quantum ad p̃mum sciendum. q̃ peccatores se a deo auertens tres miserias incurrit. Primo quia se a deo elongat Vnde dicitur ꝑfectus est i regionẽ longinquam Vnde in psal. xxxiii. Longe a peccatoribꝰ salus Prouer. xv. Longe est dominus ab impijs Et tamen in veritate deꝰ non elongat se ab homine. Sicut ponit exemplum Dyonisius. Quia si nauis impingit in petram non elongatur petra a naui sed nauis a petra. Secũda miseria peccatoris est quia omnia bona sua dissipat. Vnde seq̃tur dissipauit bona sua vi. luxuri. Quãuis enim circa peccata omnia bona ꝓsumãtur precipue tamen luxuria dissipat omnia bona. Prio tempalia quia inducit hominem in paupertatẽ Prouer. xix. Qui nutrit scortum perdit substantiã. Secundo corporalia quia vires corporis debilitat ⁊ vitã abbreuiat Apostolꝰ Qui fornicatur in corpus suum peccat Arestotiles de re. principum. Coitus est destructio corpis et abbreuiatio vite. N

Tercio bona naturalia quia luxuria rationem obnubilat vt nihil spirituale possit reminisci aut intelligere. Quarto bona gratuita quia voluntatem fedat vt nihil spirituale possit diligere Apostolꝰ Animalis homo non percipit ea que dei sunt Tercia miseria quia peccator famem tolerat. Vnde dicit q̃ cepit egere. Nulla enim est sacietas peccatori nec in diuicijs q̃ si hꝫ centũ florenos libenter haberet mille si vnam domum libenter haberet duas si vnam tunicam libenter haberet quinqꝫ vel sex Nec in honoribus quia semper anhelat ad alciora sicut bircus semper nititur ascendere. Et insuper semper vult esse p̃mus in ordine et precedere gregem Nec in luxuria quia sicut ignis non saciatur lignis sic nec cõcupiscentia luxurie delectationibꝰ p̃uis

O Secũdo ponitur peccatoris cõuersio cum subditur in se autem reuersus dicens. Debet autem peccator penitens quattuor recognoscere. sicut dicit Gregoriꝰ. scilicet vbi fuit vbi erit vbi est et vbi non est. Vbi fuit quia in peccato. Et ideo debet dolere hieremie. v. Scito et vide q̃ꝫ malum et amarum est reliquisse te dominũ deum tuum. Vbi erit quia in iudicio ⁊ ideo debet timere Psalmus xxxiii. A iudicijs enim tuis timui. Vbi est quia in miseria Et ideo debet gemere et dicere cum dauid. vt habetur in Psalmo xxix. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Vbi non est scilicet in gloria Et ideo debet suspirare. et dicere cum apl̃o ad Phil. i. Cupio dissolui et esse cũ xp̃o Tercio ponit benigna dei receptio. Recipit enim peccatorem velociter Vñ dicit Et accurrens. Semp enim deus in miserando est promptus. In puniendo tardus. Nam sicut dicit Chrisostomꝰ Illud q̃ homo cõtra naturam facit pigre facit. Illud vero q̃ ꝑm suam naturam facit cito facit. Et quia deo est cõtra naturam suam punire Ideo ad puniendum est tardus. sed quia ꝑm naturam deo est misereri ⁊ parcere Ideo ad parcendũ et miserandũ est ꝓmptus P

Secundo recipit peccatorẽ dulciter q̃ notatur cum dicit Cecidit super collum eius. Tercio recipit peccatorem honorabiliter quia facit eum indui stola p̃me innocentie q̃ꝫ in baptismo induerat sed per peccatũ eam pdiderat. Per penitentiam vero eam recuperat. Quarto

recipit peccatorem letanter. Unde dicitur. Manducemꝰ ⁊ letemur In conuersione enim peccatoris est magnum gaudium. juxta illud Luce. j5. Gaudium est angelis dei Nam gaudet deꝰ gaudent angeli gaudet maria ⁊ omnes sancti in celo. jmmo etiam homines in hoc mūdo debent gaudere de conuersione peccatoris ꝓpter futurum gaudiū qđ habebunt de ipso in celo. vnde Anſhelmꝰ. Unusquisqꝫ in tantum gaudet de alterius merito q̄ntum de suo ꝓprio.

Quantū ad secundam

partem illius ſmonis sciendum ꝙ duodecimꝰ articulus passionis christi ē ad mortem ꝯdemnatio. Cum enim princeps sacerdotum dixisset. Ecce audistis blasphemiā adiecit quid vobis videtur Expetens de eis quid ipsi de eo sentirēt Tunc illi omnes respōdentes dixerunt reus est mortis. Et merito ista ꝯdemnatio ad mortem ponitur inter puncta passionis christi quia valde affligit cor hominis cuiuscunqꝫ etiam qui est reus dānari ad mortem quanto magis illum affligere potuit qui omnino innocēs mortem nullatenꝰ meruit et qui est vita omnium viuentium ꝙ ad mortem turpissimam ꝯdemnabatur etiam per eos quos viuificare venerat. Ex illo articulo habemus duo documenta. Primū est ꝙ caueamus ne vnq̄ꝫ illa vox que christo dicta est reus est mortis in nostra conscientia scienter inueniatur. Nam de quolibet qui in peccato mortali est potest veraciter dici reus est mortis. Non solum vnius. Sed triplicem mortem peccator incurrit quando peccat mortaliter sꝫ nō quando venialiter peccat. Q

Primo incurrit mortez anime Ezech. j4 Anima que peccauerit ipsa morietur. Et peccatum cum ꝯsumatum fuerit generat mortem. Secunda est mors nature siue corporis ⁊ illa mors est ꝯmunis bonis ⁊ malis Hebre. 9. Constitutū est omnibus hominibꝰ semel mori Arestotiles de morte ⁊ vita. Mors et vita sunt omnibus animalibꝰ ꝯmunia. Tercia ē mors eterna post hanc vitam Secundum documentū est ꝙ quandocūqꝫ mali homines judicant ⁊ ꝯdemnant aliquem nostrum dicentes talis deberet suspēdi rotari submergi caput amputari tunc ex humilitate ⁊ si aliquando peccasti mortaliter cogitare debes veruꝫ dicis quia non solum merui mortem istam quā dicis sed potiꝰ merui mortem eternam cū peccatis meis. Et pete diuinam misericordiam vt tibi peccata tua indulgeat ⁊ ab eterna morte quā meruisti peccando mortaliter te liberet ꝑ suam bonitatem ⁊ suam diuinam misericordiam

R

Quātuꝫ ad terciā

partem illius sermonis scilicet de beata virgine loquendo. Assumenda sunt verba illa euangelij. Fili tu semper mecum es quāuis illa verba dixerit pater filio suo qui secum remanserat vt ipsum placaret possunt tamen esse verba virginis loquentis ad filium sunm dicens Fili tu semper mecū es. In quibus verbis duo notantur. Primum est ex parte virginis materna dilectio cum vocat eum filium dicens fili. Ubi sciendum ꝙ beata virgo fuit studiosa mater. quia sicut dicit Bernardus. Omnia opera misericordie erga ꝑsonam filij exhibuit Ipsum enim indumento carnis induit. Ipsum in hospitio vteri nouem mensibus hospitatū habuit Ipsum lacte virgineo nutriuit ⁊ potauit. Ipsum in carcere crucis positū visitauit et eius sepulture interfuit. Secundo ponitur ex parte christi cum matre habitatio Cum dicitur. Tu semꝑ mecum es. Christus enim semper fuit cum matre in triplici statu suo scilicet dum esset in vtero matris sue ipsam sanctificauit. Sꝫm illud qđ habet in psalmo. 86 Sāctificauit tabernaculū suū altissimꝰ.

Sermo

S Secundo fuit secum dum viueret in hoc mundo quia ipam ab omni pec cato mortali t venialiꝑseruauit t custo diuit. vnde Augustinꝰ. Dum de peccat agitur nullū prorsus de hac sacratissima virgine maria volo fieri mentiōz. Unde dicit in ps. 98. Anima eiꝰ in vita benedi cetur qō nulli concessum est in hac vita. Nam si omnes sancti t sancte interroga rentur si peccassent Omnes responderēt Si dixerimus quia peccatum non ha bucrimus veritas in nobis non est Unō Salomon. Non est homo iustus in terra qui facit bonū et nō peccet. Uñ dicitur etiam in decretis. Omnis homo habet peccata venialia De pnīa dis. 2. opponit Sed sine peccato mortali potest homo viuere t oppositz tenere ē erroneum et hereticum. Unde magister sententia li. 2. dis. 16. Illos errare dicimus cum manicheo qui dicit hominē peccatū morta le vitare non posse. Tercio fuit secum qñ exiuit de mundo quia xp̄c in occursum eius perrexit cum exercitu celesti quādo de hac vita migrauit Unde scien dum ꝙ bis euacuatum fuit celum. Primo quādo christus ascendit et tunc nul lus angelus in celo remansit sed omnes christo obuiam venerunt Secundo quā do beata virgo maria assumpta fuit qa tunc omnes angeli t omnes anime san ctorum et ipse christus obuiam sibi ve nerunt. Tercio euacuabitur in iudicio qz tunc omnes in celo exītes in vallem jo sophat ꝓficiscentur. Et ipsa beata ⁊go maria est a nobis pre omnibus sanctis honoranda tanqz mediatrix nostra. vñ Bernardus Per te accessum habemus ad filium. O beata inuentrix gratie genitrix vite mater salutis, copiosa caritas tua nostrorū oīm coōperiat multitudinem peccatorum Et fecunditas tua gloriosa fecunditatē nobis pariat meritoꝝ domīa nostra mediatrix nostra aduocata nostra tuo filio nos representa nos tuo filio recōmenda

Vltio exemplum

De muliere que occultauit peccatū magnum in ꝓfessione t maria subuenit ei.

Rat mulier quedā bonoste conuersatōnis que q̄zuis copulata habitu seculari. vitā tamē regularem duxit Verumtamē in adolescētia qōdā flagitium cōmiserat. qō nulli ausa esset dicere pre pudore. sed dum sacerdoti ꝓfiteret. pallıato crimine fic ꝓclusit. de omīb⁹ que dixi t que non dixi reddo me culpabilem. t frequēter hec dicens suspirauit grauiter hoc tandē sacerdos cōsiderans callide tentabat crimen elicere qō latebat Et dum nō posset monuit vt priori vicini monasterij suā ꝓscientiam manifestaret seu reuelaret. et ipsi vt eam caute inuestigaret persuasit Sed nec ille aliquid ex ea extorquere potuit. Solebat tamen illa q̄si q̄tidie coram imagine vel altari beate marie virginis predictū lapsum cū fletib⁹ apire. Tandē cum sic mortua esset: t cum exequijs filia eiꝰ que in remotiori vico erat expectaret. Et illa tandē veniens cum vlulatu t fletu t gemitu sparsis crinibus amplexata corpꝰ matris clamaret. Heu mater cur me miseram deseris. ita vt astantes ad fletum et ad lamenta conuerteret. Statimqz anima reuersa est. et mulier quasi de somno euigilans ait. domino iubente reuixi. dissoluite velamina vt resurgam. Qua soluta sacerdos vocatur. crimen aperit. que protinus se intercessione beate virginis marie liberatam testans. cunctis autem ad hoc miraculum cōfluentibus ait. Ego tortoribus tradita ad penam trahebar. sed beata virgo maria succurrens dixit me ducentibus. cur suam ancillam ducere presumerēt. Et vt cito do nec a domino daretur sententia me deponerent imperauit. Quo facto accedens ad filium suum orauit dicens Oro fili mi ne damnetur anima illa que suum

coram me reatum deplorauit totiens. Cui dominꝰ Nosti mater q̄ sine p̄fessione saluari nō potest sed q̄ tibi nihil negare possum. reuertat̄ & p̄fiteatur & sic liberabitur Vox missus angelus me reduxit. facta ergo cōfessione reuertar. Quo dicto signans se in feretro reclinato capite spiritum ecōuerso exalauit.

Dominica Oculi
Sermo. xix

Erat iesus eiſ

ciens demonium & illud erat mūtū. Sic originaliť scribit Luce. xj. sed recitatiue legiť in p̄sentis diei euangelio Joh. ō sancto Hemt. Videmꝰ naturaliť q̄ lux habet expellere tenebras. Xp̄c aūt est lux. vt hēť Joh. 8. Ego sum lux mūi Tenebre sunt demōes Igiť sicť lux expellit tenebras a corpibus sic x̄p̄c expellit demones ab hominibꝰ Unde dicit erat iesus eijciens demoniū Unde in p̄senti sermone tria sunt dicenda. p̄mo de euangelio. scō de p̄fessione. tercio exēplum ¶ Quantum ad p̄mū sciendum q̄ officium saluatoris est demoniū eijcere p̄mo eiecit illud de celo Ezech. 28 Tu cherub peccasti & eieci te. scō eiecerat eū a corpibꝰ obsessis. vt ꝺr hic erat iesus. Et de illo qui legionē demonū habuit & christꝰ misit eos in porcos. vt habetur Mat. 5. Tercio eiecit eum etiā de mundo in passione sua Joh. xij. Tunc p̄nceps mundi huꝰ eijcietur foras Quarto quotidie eijcit ip̄m ab animabus et hoc quando dat peccatori veram q̄ritionez de peccatis suis. Demoniū dicit esse peccatum mortale in homine & expellit per penitentiā. vnde Bernardꝰ. Ubi nempe peccatum mortale dimittit ibi ꝓculdubio dyabolꝰ a corde peccatoris expellit. Hoc etiam patz in Magdalena de qua eiecit x̄p̄c septem demonia. vt habetur Luce. 7. Super que verba dicit Gregoꝰ Magdalena septem demonia habuit q̄ omnibꝰ vicijs plena fuit.

Nota q̄ deus quinqz de causis p̄mittit demōes introire in corpora humana et ea vexare. Primo potest hoc accidere ratione superbie & enormitatis cuiuscūqz peccati. vt patet de Saul. de quo habetur. p̄mo Reg. xv. ad quem dominus dixit. Cum esses paruulꝰ in oculis tuis constitui te regem super populuz meum israel. sed postq̄z superbus & inobediēs fuit voci domini nō solum abiectus fuit a regno. sed etiam spiritui maligno traditus qui eum exagitauit ꝓpter peccata sua. Item legitur de quodā begehardo qui begehardum alium petiuit vt sufflaret in eum spiritū sanctū. vt etiam sciret dulciter & affabiliter loqui coram hominibus vt sic ab hominibꝰ honorareť. & sic insufflando accepit demonium pro spiritu sancto. Ergo quando nimis superbe se ornat quis causa alliciendi quēq̄z vel superbiēdi ex p̄missione diuina talis superbus quandoqz possidetur a dyabolo. quia omēs superbi sunt sub dominio dyaboli Job. xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. Secundo hoc accidit ex misericordia & bonitate diuina vt in bonis hominibꝰ. qui quādoqz ꝓpter parua peccata que deus ex sua misericordia hic statim punit a dyabolo possidentur. vt patet in collationibꝰ patrum de abbate Moyse qui cōtra beatum macharium in modico verbo ex sua opinione quedam dura verba p̄tulit. Quem demon statim arripiens vexauit. et postmodum per orationē beati Macharij liberatus fuit. Item scribit beatus Gregorius in dyal'. q̄ quedam virgo lactucam sine signo crucis comedit. & sic dyabolus eam intrauit Item etiam legitur. q̄ quidam ꝓuersus bibit vinum sine licēcia superioris. & signo crucis non adhibito. & sic dyabolum cum vino bibit. et ista tamē non sunt nisi venialia petā Sic deꝰ ex sua bonitate punit talia hic ī p̄ti

ꝓpter bonū illorūm deū otoꝝ hominum Apl'us. Scimꝰ qm̄ diligētibꝰ deū omīa cooꝑant̄ in bonū Ergo sanctus Tho. et Bonauē. dicūt ꝙ qñqꝫ homo possidet̄ a dyabolo ad peccati punitiōꝫ. 3o qñqꝫ accidit ꝓpter maledictōnē quā qñqꝫ optat vel imp̄cat̄ q̄s alteri. vel etiā qñqꝫ sibi ipsi Unde legit̄ ꝙ filia cuiusdā mulier ex ira noluit ꝯmedere. ⁊ mater coegit eā Que dixit ad matrē. ꝯmedā in noīe dyaboli. et imediate obsessa fuit Itē legitur in dya. Cesarij ꝙ q̄dam maritꝰ dixit vxori sue ex ira Uade in nomīe dyaboli. ⁊ sic dyabolꝰ intrauit eā. Quarto ꝑm Bonadeꝰ ꝑmittit ꝫ fieri ad nostrā eruditionē vt terreamur deū sciēter offendere. ergo qñ suꝑbus hō videt vel audit aliquē ꝓpter suā suꝑbiam obsessum terreri ⁊ humiliari debet coram deo ne fortassis sibi cras ꝫ eueniat qd̄ hodie huic accidit. Sil'r qñ ebriosus luxuriosus vel vsurariꝰ audit aliquē obsessum timere debet ⁊ se hūiliare ⁊ penitere. Quinto accidit ad gloriā dei ⁊ sanctoꝝ ostensionē. qñ ipsi sancti inuocant̄ ⁊ liberatōeꝫ a deo impetrant. Uñ sciendū ꝙ ꝑm Nico. de lyra. ex quo istaꝝ reꝝ rōnes ⁊ cause nos latent ꝓpter ꝫ ꝙ occulta sunt dei iudicia. ideo non debemꝰ iudicare nec ꝯdēnare obsessos. qꝛ filios ⁊ filias regni celestis deus misericordit̄ qñqꝫ hic in p̄senti punit et preꝑat eos ad vitam eternam

Quantū ad secun

dā ꝑtem illiꝰ ꝑmōis scꝫ de ꝯfessiōe. Queritur q̄d ꝯfitens ꝯfiteri teneat̄. Rñt̄ ꝑm Scotū. 4. dis. 17. ꝙ quilibꝫ pctōꝛ rōne p̄cepti eccīe tenet̄ ꝯfiteri sua mortalia peccata q̄ nō rite est p̄us ꝯfessꝰ ⁊ de q̄bꝰ p̄t hr̄e memoriā. p̄missa inq̄sitōe diligenti ꝑm possibilitatē fragilitat̄ hūane. Hoc sic ꝓbat̄ qꝛ ꝓ q̄libꝫ pctō mortali efficitur hō inimicꝰ dei ⁊ seꝑat̄ ab vnitate eccl'ie Cōfessio āt directe ad ꝫ instituta est vt hō recōcilie t̄ eccīe ⁊ oñdat̄ recōciliatus deo Itē ꝑ oīne pctm̄ mortale ꝑdit hō innocenciā baptismalē ⁊ ip̄e pctōꝛ recurrere nō p̄t ab baptismū cū sit irreiterabilis igit̄ ad sacr̄m pnīe recurrere dꝫ. Ad qd̄ ꝑtinet ꝯfessio oīm mortaliū. ꝓ in formatione ergo simpliciū dicendū quō q̄s peccat mortalit̄ ⁊ q̄ sūt pctā mortalia Rñt̄ ꝑm cōem cursum hꝰ mūdi. jꝛ. gña hoīm peccāt mortalit̄. Et illa sunt ꝯīora pctā q̄ꝫuis pl'a alia sint pctā mortalia Et in his p̄t q̄s ꝯgnoscere an vnq̄ꝫ peccauit mortalit̄ Et ꝯñt̄ quō ꝯfiteri debeat si culpabilis est Et ista declaratio multū valꝫ ꝓ simplicibꝰ hoībꝰ q̄ nō hñt drñaꝫ peccatoꝝ nec bñ sciūt ꝯfiteri pctā sua. U Primi sunt q̄ scient̄ iurāt ꝑ deū ꝫ qd̄ nō est veꝝ Tales ꝑm s. Tho. 22. q. 98. peccāt mortalit̄ siue in ioco siue in serio sic iurāt v̄bi gr̄a jn vendēdo vel emēdo dicendo illa res bona est nō remissiꝰ do. vni alteri nō darē sic in tm̄ ꝓpinaui tibi. vel ille heri in tm̄ dedissꝫ mihi vel ꝑ deū carius habui. Sil'r rustica iurādo ꝑ deū. lac illd̄ est integrū. oua illa sunt recenꝰ. Sil'r q̄ vendunt carnes. pisces. caules. panes. pira. poma. nuces ꝛc̄. Itē qd̄ grauiꝰ est qui iurant blasphemādo deū. sil'r qui ex corde maledicūt ꝓxis suis. Et illa tria peccata iurare. deū blasphemare. maledicere. sūt iā ꝯīnissima pctā in mdo Et beatꝰ est ille q̄ firmit̄ ꝓponit se cauere ab illis pctis tribꝰ qꝛ sperandū est ꝙ etiaꝫ cauebit sibi ab alijs pctis. Scd̄i sunt q̄ falsificāt fidē q̄ scꝫ credunt carmīatricibꝰ q̄ carmināt bñdicentes oculos. pueros ⁊ pecora. vl' qui lr̄as portant in collo ꝓ oculis. vel ꝙ nō possint capi vel vulnerari. Et q̄ tenēt fatuꝫ auguriū somnia dies egipciacos. vel vadunt ad phitonissas quando res sunt furate. Tales omnes peccāt mortaliter Unde dicit̄ in decretis Diuinatōni qui intendit damnationē anime incurrit 26. q. vlti. Non obseruet. Tercij sunt qui soluunt festa laborando ⁊ sic negligunt missā ⁊ sermonē sil'r qui soluunt ieiunia eccīe sine cā ⁊ necessite peccāt mortalit̄ quia nullū pctm̄ veniale est in preceptis

Quarti sunt filij ⁊ filie qui friuole offendunt pentes ⁊ sunt eis inobediētes ⁊ infideles in vita ipoꝝ ⁊ post mortē nō subueniūt aīabꝰ ipoꝝ ⁊ tales pueros punit deus qñqꝫ in rebus qñqꝫ in aīa qñqꝫ in corpore. Quinti sunt q̄ murmurāt cōtra deum ⁊ ꝯtra sctōs ꝓpter aurā ⁊ ꝓpter mortē pueroꝝ ꝯsanguineoꝝ in tribulationibꝰ in infirmitatibꝰ in pauptate in disfortunio. Et etiā qui maledicūt sibiipsis ⁊ ex impacīa optant sibiipsis mortē tales pñt sic dānare aīas suas ꝑ īpaciētiā suā. vñ Mat. 5. In pacia vr̄a possidebitis aīas vr̄as Sic ꝑ oppositū ꝑ īpaciam pñt ꝑdere aīas suas. Tales cogitare deberent ꝙ nullꝰ saluari poterit sine tribulationibꝰ. vñ Act. j4. Per multas tribulatōnes optet nos intrare in regnū celorū. Silr qd̄ grauiꝰ est q̄ frangūt scient̄ ⁊ sine causa vota que deo ⁊ sanctis vouerunt in tribulatōibꝰ. Sexti sunt luxuriosi. Nā oīs actus luxurie q̄ sciēter ⁊ voluntarie ꝯmittit extra matmoniū est pctm̄ mortale. X Septimi sūt q̄ dāna inferunt ꝓxīs ⁊ vsurpāt sibi iniuste res alienas etiā ꝑuas vt sunt illi q̄ inferūt dāna ꝓximis in gramībꝰ. rapis. piris. pomis oleribꝰ in botr] ⁊ etiā q̄ cum equis dāna ꝓximis inferunt. Silr ꝑui ⁊ ancille q̄ bona dñoꝝ suoꝝ furtie subtrahūt sine scitu dñoꝝ suoꝝ. Silr lusores vsurarij raptores vel etiā aut rem raptā ꝯmedunt vel emunt ⁊ etiā q̄ a iudeis ꝓpinas recipiūt ⁊ etiā q̄ falsos denarios grossos flore. ꝓxīs scient̄ tribuūt eos decipiēdo Et ec̄ q̄ nō dant plene decimas offertoria ⁊ iura ꝑrochialia. Et etiā q̄ nō ꝑsoluūt debita ꝓximis suis sic̄ ꝓmiserūt. Isti omēs non sunt absoluendi nec ꝯmūicandi nisi iuxta posse suū velint restituere. Vñ d̄r in decretis. Non dimittit̄ peccatū nisi restituatur ablatū. dis. 54. generalis. Octaui sunt q̄ detrahūt ⁊ infamāt ꝓxīos ⁊ etiā q̄ fraudulent̄ loquūt̄ cū ꝓxīs ⁊ etiā qui ꝑturbāt ꝓximos verbis iracūdis derisorijs ⁊ vituꝑijs Insuꝑ q̄ libent̄ audiūt ⁊ cito credūt detractōibꝰ. Vñ d̄r in decretis Qui falsum de alio ꝓfert etiā q̄ crimina cito credit vterqꝫ reꝰ erit. xj. q. 3. Nō solū ꝛc]. Noni sunt viri ⁊ mlieres etiā virgines q̄ deū offendūt coreizando ⁊ etiā suꝑbiendo in vestibꝰ. Nā q̄cunqꝫ mulier vel virgo se sic ornat in crinibus in facie in peplis in cingulis in vestibꝰ inspiciendo se inspeculo ⁊ ꝫ fecit ex suꝑbia alliciēdo masculos ad malas ꝯcupīas talis ꝑsona peccat mortalit̄. A Similit̄ suꝑbi q̄ in diebꝰ festiuis corizant grauiꝰ peccāt q̄m si manibꝰ laborarēt. vñ Augꝰ Meliꝰ est in die dñico arare fodere q̄m coream ducere Melius est mulierē lanā suā texere q̄m impudice coreizare. Decimi sunt q̄ excedūt mensurā in ꝯmedēdo bibendo sic ꝙ inebriāt̄. Vndecimi sūt iracundi ⁊ inuidi qꝛ q̄ irascunt̄ cū deliberatione ⁊ ꝯsensu rōnis ⁊ cogitāt in aīo suo quō possint se vindicare tales rei erunt iudicio Mat. 5. Omīs q̄ irascitur fratri suo reꝰ erit iudicio. Et si illā iram oñdūt verbis scꝫ maledicēdo ꝓximis vel etiaꝫ ꝑcutiēdo vel vulnerādo tūc adhuc grauius peccāt. Duodecimi q̄ in matmonio male viuūt scꝫ qñ vir ꝑcutit ex ira ⁊ sine cā vxorem ⁊ etiā mulier q̄ est inobediēs marito in licit] ⁊ insuꝑ maledicit ex cord̄ viro vel ec̄ q̄ ꝓuocat sciēt̄ maritū ad blasphemād̄ l' maledicēdū. Et ec̄ q̄ ꝑmittūt in domibꝰ suis ludere blasphemare luxuriari Et ec̄ ꝑens q̄ ꝑmittūt filios ⁊ filias iurare maledicere blasphemare damna ꝓxīs inferre coreizare fornicari. Et si nō corrigunt peccata pueroꝝ tunc ipsi ꝑentes lugebunt. vñ ad Roma 2. Digni sūt morte nō solum q̄ faciūt sed etiam q̄ cōsenciūt facientibꝰ Vñ etiā d̄r in decretis Pari pena puniēdi sunt agētes ⁊ ꝯsencientes. j4. q. 4. Omnis

Vltimo exēplum

De infinita misericordia dei que ostensa est in illo magno pctōre qui peccauit cū sorore ꝓpria ⁊ occidit patrem ⁊ fratrē.

Uuenis q̃dam cognouit sororẽ suam ⁊ frater suꝰ supuenit ⁊ correxit eum quẽ mox occidit. Et pr̃ noluit eũ occidere. sz ex hereditatus ⁊ ꝓscriptus est a ciuitate Qui postmod̃ occulte ciuitatẽ de sero intrauit. ⁊ patrẽ ꝓpriũ occidit ⁊ aufugit Qui postea in q̃dragesima audiuit p̃dicare illud Ezech. j8. In q̃cũqz hora peccator ingemuerit ꝓ peccatis suis. omniũ iniq̃tatũ eiꝰ amplius nõ recordabor. Et sic ꝯpunctꝰ venit ad sacerdotẽ dicens. Melius est ꝙ hic ꝯfundar q̃z in extremo iudicio Et cõfessus est omĩa peccata sua Et sacerdos iussit eum accedere ad altare in quo fuit imago beate virginis habẽs iesuz crucifixum in sinu suo. qui ꝓstratus ante imaginẽ v̄ginis gloriose ⁊ ãte imaginẽ crucifixi deuote inuocauit beatam v̄ginem vt ꝓ eo intercederet. Et cũ hoc sepiꝰ reiteraret. cõuertit se ad imaginẽ crucifixi dicens. O iesu xp̃e ꝓpter vulnera ⁊ sanguinẽ tuũ ignosce mihi ꝙ effudi sãguinẽ fratris ⁊ pr̃is mei q̃s occidi. et sic sepiꝰ reiterando ⁊ amare flendo ruptũ est cor eiꝰ. ⁊ sic obijt ꝓstratus ante altare Postmodũ sacerdos ad ecclesiã reuersus dixt Surge. ⁊ sic inuenit eum defunctũ. ⁊ sequenti die petiuit ꝯmunẽ or̃oem ꝓ eo fieri ab omni populo Tunc colũba alba circũuolans in ꝯspectu populi ꝑ ecclesiam cedulam vnã gerens in rostro suo quã ꝑmisit cadere ante sacerdotẽ. ⁊ sacerdos legit cedulam. in qua erat scriptũ ꝙ anĩa illius homĩs ab angelis deducta fuit in celũ anteq̃z calor naturalis recessit a corpore Et in inferiori clausula lr̃e erat scriptum. Predica infinitam misericordiã dei omĩbus peccatoribꝰ ⁊ peccatricibꝰ. qꝛ q̃cunqz vere cõteritur ⁊ peccata sua pure ꝯfitetur illius deus miserebit̃. vnde etiã Bern̄. Maior est dei pietas q̃z totiꝰ mũdi iniq̃tas. vñ etiã Gre. Quicũqz ex corde dolet se ꝯmisisse culpam cito pctõrũ suorum obtinebit veniam

Feria scd̃a post Oculi.

Sermo. xx.

Emo prophe

ta acceptꝰ est in patria sua Lu. 4. Sic accidebat xp̃o q̃ in sua gente occidendꝰ fuerat Sic acciderat ip̃is ꝓphetis antiquis q̃ a iudeis fuerunt derisi et magnis ꝑsecutõibꝰ afflicti qui tamẽ ab alijs homĩbꝰ in summa reuerencia sũt venerati vt ptz de ysaia. hieremia. michea et multis alijs. Ita etiã nunc accidit ꝙ inuidia ⁊ inhonoratõ est magis ad suos q̃z ad alienos g̃ dicit Nemo ꝓpheta ac. est in pr̃ia sua. Vñ in pñti ſmõne tria sunt dicẽda. Primo de euãgelio. scd̃o de jz. articulo passiõis xp̃i. 3o de ꝯfessione cum vno exemplo. B Quantũ ad p̃mũ sciendũ. ꝙ cum q̃dam vice xp̃c essz in nazareth accesserũt ad eũ ꝯpat̃ote sui dicẽtes illud qd̃ refert Lu. 5. Quanta audiuimꝰ facta in capharnaum fac ⁊ hic in pr̃ia tua Ac si diceret. Tu magis teneris tuis ꝯpatriot[ꝫ] q̃z alienis bñficia q̃ alijs impẽdis ⁊ miracula que alijs facis deberes hic multo mag[ꝫ] facere xp̃c rñdit eis. ꝙ si inter eos miracula nõ faciebat h̃ nõ erat ꝓpter h̃ ꝙ patriã suã despiceret quã sua ꝯceptiõe ⁊ educatõne honorauerat vel ꝓpter h̃ ꝙ ipse impotens esset sed qꝛ ip̃i indigni erant tum ꝓpter eoꝝ supbiã quia ipsum despiciebãt ꝓpter genus infirmum quod nouerãt et quia apud eos nutritus erat ⁊ ꝯuersatus. vnde Marci 6. dicit̃ Abijt iesus in patriã suã. Et dicebant Unde huic hec omĩa ⁊ que est sapientia que data est illi ⁊ virtutes tales q̃ ꝑ eum fiunt. Nonne iste est fabri filius ⁊ marie. frater jacobi ⁊ joseph ⁊ jude ⁊ symonis. Nonne ⁊ sorores eius hic nobiscum sunt. Ecce quanta despectio Tum etiam ꝓpter incredulitatem illorum q̃a non credebant in ipsum ⁊ non credebãt miracula que de ipso ferebantur. Unde Math. 6. Et mirabat̃ iesus ꝓpter incredulitatẽ illoꝝ jdeo xp̃us tanta miracula

nō fecit ibi sic in capharnaū ⁊ in alijs ci-
uitatib⁹. vñ Mar. 6. Et nō poterat ibi v̄
tutem vllā facere nisi paucos infirmos
impotēes manib⁹ curauit. ñ poterat scz
de iusticia sua q̄ ille indigni erāt g̊ dicit
in v̄bis p̄missis Nemo ꝓpheta Accep.
est in patria sua Hoc oñdit xp̄c. In illis
duob⁹ ꝓphetis q̄ maiores fuerūt in po
pulo iudeoꝝ. Prim⁹ fuit helyas q̄ ita san
ct⁹ erat ꝙ mortuos suscitabat ⁊ quidq̄d
a deo petebat hoc īpetrabat sic ꝙ ꝓ tūc
in mūdo nō reputabat sanctior eo q̄ tñ a
iudeis expellabat ⁊ a gentib⁹ honorabā
tur. Scd⁹ ꝓpheta de q̄ hic fit mentio est
helyse⁹ q̄ post helyā fuit maior ꝓpheta
fama ⁊ sāctitate Mō exquo in euāgelio
hodierno fit mentio de duplici historia
scz helye ⁊ helizei. Circa p̄mū instruim⁹
vt mūdanos strepit⁹ fugiam⁹ q̄ vt hēt
.3. Reg. 17. Helyas ad p̄ceptū dñi mun-
danos strepit⁹ fugit ⁊ in solitudine ha-
bitauit ibi eū dñs pauit mittendo sibi ꝑ
coruos mane ⁊ vespe panem ⁊ carnes.
Sic q̄ mundanos strepit⁹ fugit illū xp̄c
pascit in ꝯtemplatōe diuitat[que ꝑ pa-
nem intelligit. ⁊ hūanitatis que per car
nem intelligit. In scd̄a hystoria instrui-
mur ꝙ ⁊ nos mūdare ⁊ lauare dēm⁹ Vñ
dixit helyse⁹ ad naamā p̄ncipem sirie de
quo dicit epl'a hodierna. Vade ⁊ la. sep.
in ior. ⁊ re ca. t. atq̄ mūda. L
Vbi sciendū ꝙ trib⁹ de causis ꝯsueuit hō
se lauare corꝑaliter q̄bus etiā debz se la-
uare spūaliter Primo ꝯsueuit se hō laua-
re ꝓpter abomīabilē turpitudinē Vide
m⁹ eñ ꝙ isti ꝟuiētes ī prādijs magnatū
solent diligēter aduertere ne circa se ha-
beāt aliq̄d aboīabile. Cū g̊ sim⁹ ordinati
ad ꝟuiendū sūmo regi ml'tū dēm⁹ aduer
tere ne aliq̄d abomīabile sit in nobis Jō
dicit Isa. 4. Lauamini mūdi estote auf.
mi. co. ves. ab oc. no. Scd̄o ꝯsueuit se hō
lauare ꝓpter ostentatiōz pulcritudinis.
Videm⁹ ꝙ iste dñe qñ debēt ire ad festū
vt videant pulcre solent se lauare ⁊ qñz
vngere vngentis. Ita ⁊ nos cum dēm⁹
ire ad festum ineffabile oꝑtet nos lauare
aliter nō intram⁹. Tercio solet hō se la-
uare ꝓpter sumptōz ꝯmestibilem sic ho
mines curiales nō ponūt se ad mensam
manib⁹ illotis sic ⁊ homo p̄cipue cū de
bet accedere ad mensā altaris ad sumen
dum cibū angeloꝝ scz corpus xp̄i debet
se p⁹ lauare. Vñ sacerdos celebraturus.
Primo lauat sibi manus ⁊ infra missam
lauat sibi digitos vt oñdat ꝙ ille q̄ vult
sumere corp⁹ xp̄i. Primo debz se purgare
a grauib⁹ pctīs deiñ ab alienis pctīs. Et
cum illi de nazareth hoc audierūt ꝙ eos
indignos reputaret et inter eos mira-
cula faceret irati sunt ⁊ duxerunt illū ad
sup̄ciliū montis vt p̄cipitarent eum. In
hoc sic dicit Beda Peijores sunt scz iu-
dei in gr̄o suo dyabolo. ille eñ ait Mitte
te deorsum Isti v̄o facto ip̄m mittere co
nant Sed q̄ dñs nō elegit mori illo mō
scz p̄cipitando sz ꝑ crucis tormentū seu
patibulū. etiā q̄ nō dū venerat hora ei⁹
scz mortis sue de maīb⁹ eoꝝ exiuit Et dic
Beda ⁊ hēt in glo. q̄ dū dñs de manib⁹
eoꝝ lapsus de rupe descendisset atq̄ in
ip̄a latere vellet subito ad tactū dñice ve
stis saxuz. illud subter fregit ⁊ ad instar
cere resolutū quendā sinū q̄ dñicū corp⁹
recipet. effecit tāte vtiq̄ capacitat[quā
te ip̄m extitit q̄ntitat[. In q̄ vniuersa li-
neamēta vt ruge vestis q̄ a tergo xp̄i fu
erant veluti de manu sculptoꝝ expressa
seruantur D

Quātuz ad secun

dā ꝑtē illi⁹ ꝟmōis sciendū ꝙ .j3. articul⁹
passiōis xp̄i ē. Cōspuitio faciei Cū eñ iu
dei oēs acclamauerūt eū esse reū mortis
tūc exspuert in faciē ei⁹ quē abijciebāt Et
ꝫ in magnū vitupiū ⁊ despectū. Quid eī
turpi⁹ ⁊ despecti⁹ q̄due ignominiosi⁹ et
vitupiosi⁹ q̄m expui in faciem hominis
⁊ maxīe in faciē illā speciosissimā. de q̄ d̄r
in p̄s. 44. Specios⁹ forma p̄ filijs homi
num. Et in q̄z desiderant angeli videre
et que est salus aspiciencium. O q̄z ceca

emulatio infeliciũ iudeoꝝ qui non exhor
ruerunt turpissimis sputis suis macula-
re ⁊ deturpare tã amabilẽ faciem. Et nõ
tantũ simplicib⁹ sputis saliue sed verisile
est ꝙ execratiões fedissimas suas in faci
em ei⁹ ꝓiecerunt. vñ Math. 26. dicit Ex
puerũt quasi execrando spuerunt. Item
Marci. 14. Conspuerũt quia nõ tm̃ vn⁹
sed plures simul ꝯspuerũt Et sic Illa be-
nedicta facies facta est ita abomĩabilis
quasi essz leprosa ex sputis ⁊ v̄b erib⁹ q̄ ĩ
faciem suam dederũt Et sic adimpletum
est in eo illud qđ ante longa tp̄a ꝓphe-
tizauit Is. de eo vt habet Isa. 53. Non ẽ
ei spẽs neqz decor. Vidimus eum ⁊ non
erat aspect⁹ in eo r̄putauim⁹ eum q̄si le ꝓ
sum ꝑcussum a deo ⁊ humiliatũ. Et sub
dit. Ipse autẽ vulnerat⁹ est ꝓpter iniqui
tates nostras attritus est ꝓpter scelera
nostra. Ex hoc articulo habemus docu-
mentũ illud ꝙ diligẽter caueamus ne ⁊
nos vnq̄z cum iudeis xp̄i faciem ꝯspua-
mus qđ fit quadruplicit. Primi s̄m Hie
ronimũ. faciem xp̄i ꝯspuũt qui ꝯscienci
am suam fedis cogitatõib⁹ ⁊ prauis vo
luptatib⁹ polluunt. Vnde hic queritur
quomõ q̄s per cogitatõnes peccat mor
taliter Rñdetur ꝙ prauas cogitationes
potest q̄s habere tripliciter. Primo qñ
quis habet tristẽ cogitatiõz tam̃ sine de
lectatõe ⁊ ꝯtra voluntatẽ suam sibi inci
dit ⁊ hoc nullũ est pctm̃ vñ Greg⁹. Non
est cogitatio tã ĩmũda q̄ mentẽ polluit
si ratio nõ ꝯsentit. Scđo qñ alicui incidit
mala cogitatio cũ delectatõe ⁊ ꝯtra vo
luntatẽ ⁊ tñ sine ꝯsensu plene rõnis tũc
est pctm̃ veniale. Tercio qñ quis dat cõ
sensum in morosam delectatiõez sicut q̄
delectat plena rõne in malis cogitatio-
nib⁹ ⁊ in eisdem se inuoluit ⁊ q̄zuis non
intendit actum ꝑficere tñ talis morosa
delectatio est pctm̃ mortale. vñ Augu⁹
Cogitatio morosa cũ delectatiõe ⁊ ꝯsen
su est mortalis. ¶ Itẽ q̄rit Vtrũ
voluntas mala sine actũ sit pctm̃ morta
le Rñdet ꝙ sic. Vñ đr in decretis In ma
licijs voluntas ꝓ ope reputat de peni.
dis. 5. Omĩa. Et hoc intelligit de q̄libet
pctõ mortali qđ homo deliberato anĩo
ꝓponit ꝯmittere sed solũmõ ꝓterea di-
mittit qꝛ timet mundũ ⁊ scandalum ho
minũ ⁊ ꝯfusionẽ ꝓpriam sed si sciret se
posse latere in hoc actu nec deũ nec scõs
nec salutẽ anime curaret quin h̄ ope ꝑpe
traret. vñ Aug⁹. Ipsa voluntate re⁹ est
q̄ vult qđ nõ licet sz ideo nõ facit qꝛ non
p̄t impune fieri. Scđi sunt q̄ bonos ⁊ iu
stos irrident in s̄uicio dei Greg⁹ faciem
xp̄i cõspuere est iustos ⁊ sanctos in pña
eoꝝ ꝯfutare Et tales boni hoĩes ꝓpte-
rea nõ debent desistere a bonis opib⁹ ꝓ
pter erubescentiã hoĩm qꝛ in celo hono-
rabũt Luc. 9. Qui me erubuerit ⁊ meos
s̄mões hũc fili⁹ homĩs erubescet ¶
Tercij in faciẽ xp̄i ꝯspuũt q̄ p̄latos suos
ꝯtẽnunt Luc. x Qui vos spernit me sp̄-
nit Bern̄. Obediẽcia q̄ maiorib⁹ p̄betur
xp̄o exhibet Quiqz eucaristiã scienter in
digne sumit verbi gr̄a q̄ nõ sunt plene cõ
fessi sed ex verecũdia hũana obticuerunt
aliqđ pctm̃ aut q̄ nõ habẽt voluntatem
dimittendi oĩa pctã. Aut q̄ hñt res iniu
stas aut detraxerũt ꝓximis ⁊ nolũt res ĩ
iustas dimittere aut etiã famã restituere
aut q̄ hñt inimicicias aut etiã amorẽ illi
citũ. vñ apl'us. j. ad Coꝝ. xj. Re⁹ erit cor
ꝑis ⁊ sanguĩs xp̄i Itẽ apl⁹ ibiđ. Judici
um sibi mãducat ⁊ bibit ¶

Quãtuz ad terciã

ꝑtẽ illi⁹ s̄mõis scz. de ꝯfessiõe Notandũ
sic in p̄cedẽti s̄mõe dictũ est ꝙ ꝯfitẽs dz
ꝯfiteri pctã mortalia. Tunc ꝯñt hic q̄rit
Vtꝝ hõ teneat ꝯfiteri pctã venialia Rñ
det s̄m sctm̃ Tho. in 4. dis. 16. ꝙ null⁹ te-
net rõe dĩni p̄cepti ꝯfiteri pctã venialia
Nã illa pñt ꝯseq̄ aliunde veniã ⁊ ꝑ inter
nã ꝯtritõz ⁊ ꝑ aque bñdicte asp̄sionez ⁊
pl'a alia remedia ꝯ̄ veĩalia ordĩata Sz
q̄rit. an saltẽ semel in ãno teneat ꝯfiteri
q̄ nõ nisi venialia ꝯmisit Dicũt q̄đ ꝙ in h̄
casu ꝓpt p̄ceptũ ecc̄e tẽt veĩalia ꝯfiteri

Alij autem dicunt ꝙ sufficit. ꝙ represen-
tet se sacerdoti ⁊ ꝙ ĩmunem a peccato
mortali se ostendat vt ad ꝯmunionem
admitti possit. Item dicunt doctores
ꝙ licet nõ sit necessarium venialia ꝯfiteri
de necessitate salutis. Est tamen ꝯgruuz
⁊ multum vtile homines ꝑfectos ⁊ qui
talia noscunt etiam aliqua venialia que
sciunt esse venialia ꝯfiteri in ꝑticulari et
aliqua in generali. Per talem enim eorũ
ꝯfessionem plura eorum peccata dimit-
tuntur ⁊ ꝓ eis debita minuũtur ex vi cla
uium ⁊ sacramentalis absolutõis et etiã
ex contritõne ꝯfitentis que fit maior de
peccatis cogitãdo ⁊ ea ꝯfitendo ⁊ etiã
ex humilitate ꝯfessionis ⁊ erubescentia
quã homo ꝯfitendo de eis patitur pro-
ter deum.

Vltimo exemplũ

Qđ confessio liberat hominẽ a confusio
ne temporali.

Vit vir q̃dam qui supradictum
demonem audire nimis deside-
rans ꝓpter turpia q̃dam pecca
ta que ꝯmiserat appropinq̃re non aude
bat. timens sibi illa coram omnib⁹ im ꝓ
perari. ⁊ veniens ad sacerdotem cõfess⁹
est vniuersa peccata. tamẽ volũtate pec-
candi retenta. factusqz ex eadẽ ꝯfessione
securior ad domũ redijt. Mira res mox
vt limen domus attigit ⁊ introspexit de
mon in aere exclamauit Amice veni. veni
huc. certe bñ te dealbasti. Et statim co-
rã oĩb⁹ ibi exñtib⁹ eũ ꝯfundẽs pctã eius
turpia licz ꝯfessa ꝓdidit Et valde tristis
igit effect⁹. ⁊ ꝯscĩa accusãte in se reuers⁹
ad sacerdotẽ redijt ꝯfessiõz reiterauit. ⁊
q̃ sũt gesta retulit. ⁊ qr de reliq̃ emẽdaci⁹
viuere vellet corde pollicit⁹ ẽ deo ⁊ sacer
doti. Tunc sacerdos mox inq̃t. reuertere
secur⁹ nõ te ꝯfundet ampli⁹ Et fecit sic.
Intrante eo domũ q̃dam ex circũstãtib⁹
dixerũt demoni Ecce amic⁹ tuus iterꝝ ve
nit. Quib⁹ ille rñdit. q̃s est Illi inq̃ũt cui
pauloante tã turpia im ꝓperasti. Rñdit
demon. Ego nihil illi improperaui neqz
aliq̃d de eo mali noui. ⁊ estimabãt demo
nem fuisse mẽtitũ hi qui ipsi⁹ ignorauerũt
ꝯfessionẽ Sicqz ꝑ virtutẽ ꝯfessiõnis ille
euasit notã ꝯfusionis hec Cesari⁹

Feria tercia p⁹ Oculi. Sermo. xxj.

I peccauerit

in te frater tu⁹ vade ⁊ corripe
eũ. Mt. j8. Quia sepe fit pctõrũ ꝯmissio
Idõ sepe debz fieri fratẽna correctio g̃ dr
hic Si peccauerit in te ꝛc. Vñ in pñti
ꝑmone tria sunt dicenda. p̃mo de euãge
lio. scdo de j4. articulo passionis xp̃i. 3o
de ꝯfessiõe cũ vno exẽplo. I Quãtũ
ad p̃mũ sciendũ. ꝙ correctio fraterna est
op⁹ mĩe spũale ⁊ p̃cellit opus mĩe corpa
le. Nã si elemosine corpales in q̃bus sub
uenit corpi sunt tam fructuose ꝙ valent
ad remissiõnez pctõꝝ Dañ. 4. Pctã tua
elemosinis redime Sic dixt daniel nabu
chodonosor flagicissimo. Multo ãpli⁹
valet correctio fraterna que est elemosi-
na spũalis qua subuenitur anime vt dicẽ
do. Tu quis es quomõ audes deũ ꝓuo-
care ad iracundiã ꝓximum scãdalizare
teip̃m in corpore ⁊ aĩma damnare time
deum ⁊ noli hanc rem pessimam facere.
Vnde apostol⁹ Non vocat nos deus in
ĩmundiciã sed in sanctificatõz Et ista fra
terna correctio debet fieri in caritate nõ
ex indignatiõe vel ex ꝯtemptu Item cũ
lenitate non clamorose. alias esset plus
cõfusio q̃m correctio ergo dicit hic. Si
pec. in te frater. ꝛc. Vt autem fraterna
correctio fiat cum lenitate ⁊ ex caritate
tunc ille qui vult corripe alium debet q̃n
qz ꝯdicõnes seruare quarum tres ponit
Augustin⁹ sup illud Mat. 7. Ipocrite
eijce p̃mo trabem Reliquas duas ponit
in moralibus Prima est ꝙ debet conside
rare si est ei similis id est si est in eodẽ pec
cato vel equali vel maiori tunc maxime
si pctm̃ est notoriũ nõ debet eũ corrigere
sz seip̃m debz p̃us emẽdare ꝑ penitẽtiã

Alias posset sibi dici. illud ad Rō. 2. In q̄ em̄ iudicas alterꝝ teip̄m ꝯdēnas Si āt nō es ei similis tūc debes scd̄o ꝯsiderare si aliqñ fueris ei similis ⁊ tunc sicut nolebas despici sꝫ ꝯpassionez tibi impendi. Sic nec ip̄e debes fratrem tuū peccantē ⁊ penitentē despicere s̄m ꝯpassiōz ⁊ misericordiā ei exhibere. Eccī. 8. Ne despicias hominē se auertentē a pctō ⁊ nō impperes ei memento ꝙ sumus omnes in correctōe. Si aūt nō es ei similis nec aliqñ fuisti ei similis tunc debes. Zo cogitare ꝙ potes ei fieri similis ī futuro ⁊ ergo rōne talis dubij nō debes sup̄bire sed delinquētib⁹ ꝯpati. ad Rō. x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Si autē nō est ei similis nec vnq̄z fuit ei similis ⁊ d̄ dei bonitate ꝯfidit ꝙ nunq̄z erit ei sil'is tunc debet q̄rto videre si ille qui sic est rep̄hensibilis. in aliq̄ est ꝯmendabilis si ille qui habet tot defect⁹ si aliq̄s habet ꝓfect⁹ ⁊ tunc rōne bonoꝝ illoꝝ que habꝫ debet supportare eū in his que min⁹ habet. vñ Apoc. Volens apl'us rep̄hendere ep̄m Ephesi ecclesie posuit qd̄dam viciuꝫ qd̄ habuit dicens. Habeo aduersum te pauca ꝙ caritatez meā p̄mā reliq̄sisti Sꝫ statim ponebat qd̄dam bonū qd̄ habebat dicens sed hoc habes bonū qꝛ odisti facta nicolaitaꝝ que ⁊ ego odi Similit̄ volens rep̄hendere ep̄m ecclesie sardis dixit. Non inueni opa tua plena coram deo meo. Deinde ponit statim quendā suuꝫ ꝓfectum dicēs sed habes pauca nomīa in sardis que nō coinq̄nauerūt vestimenta sua ⁊ ambulabāt in albis mecū qꝛ digni sunt. Ecce postq̄z apl'us posuit illa in q̄bus illi ep̄i erant rep̄hensibiles statim subiūxit illa in q̄bus erant ꝯmēdabiles. Ad innuendū ꝙ si aliq̄s ꝓpter aliqd̄ vicium est rep̄hendend⁹ si tamē hꝫ aliqd̄ bonum nihilomin⁹ supportand⁹. Dato āt ꝙ quis videat oīno esse mal⁹ nec hr̄e aliqd̄ bonū ꝓpter qd̄ sit tolerād⁹ tūc debet cogitare. Quinto ꝙ ille qui sic videt esse mal⁹ fortasse in ꝯspectu dei sibi in merito sit p̄ferend⁹ Et ponit exēmplū sanct⁹ Grego⁹ de sācto stephano ⁊ scō paulo Nam cum beatus stephan⁹ lapidaretur consentiente et adiuuante paulo. Tunc stephan⁹ erat omnino bonus ⁊ paulus oīno videbat malus ⁊ tñ in ꝯspectu dei paul⁹ q̄ sic videbatur mal⁹ in merito ⁊ p̄mio fuit preponēd⁹. R

Quātuꝫ ad secun

dam p̄tem illi⁹ s̄monis est sciendum. ꝙ 14. articul⁹ passiōis xp̄i est. Colaphisatio et in faciem p̄cussio. Colaphizatio ē in collum p̄cussio. d̄ qua ait euāgelista ꝙ colaphis eum cedebāt. Solent aūt p̄cuti fatui ⁊ despectabiles homīes. Vñ in hac p̄cussione attendis magnā ꝯtumeliam despectōnis Et insup̄ palmas ei in faciem dederūt p̄cutiētes faciem ei⁹. Et de tali p̄cussione multū doluit qꝛ in facie homīs ꝯiuncti sunt q̄si oēs sensus ⁊ sūt ibi mēbra tenera faciliter lesibilia Vñ verisimile est ꝙ ex tali p̄cussione ꝓfluxerit sanguis p̄ nares ⁊ os q̄zuis ꝑ euāgelistas nō exp̄mat. Ex hoc articl'o tale habet documentū. ꝙ diligenr caueam⁹. ne nos aliqñ xp̄m colaphizem⁹ qꝛ vt dicit Beda Colophizāt xp̄m omēs falsi xp̄iani q̄ ore ꝯfitent xp̄m factis aūt negant. Colaphus em̄ datur a retro Illi colaphizant xp̄m dñm qui ante eū blādiunt ore ꝯfitendo sꝫ retro quo deberēt eum sequi p̄ vitam bonā colaphizāt eū malis opibus xp̄o ꝯtrarijs. vñ Isid. in ethīologia Non se gloriet esse xp̄ianū q̄ nomē habꝫ ⁊ facta nō habet. Certissime ille xp̄ian⁹ est q̄ factis se xp̄ianū ostēdit ambulans sicut ⁊ ille ambulauit a quo nomē ꝯtraxit. vñ Aug⁹ de vita xp̄iana Ille xp̄i non est famul⁹ sed irrisor est q̄ eius s̄uum se dicit ⁊ sibi s̄uire desimulat. vñ etiā Cyp̄a⁹ de duodecim abusiōnib⁹. Xp̄ian⁹ nemo recte dicit nisi q̄ xp̄o in morib⁹ coequat Modo xp̄c fuit humilis ⁊ tu peccator es sup̄bus Xp̄c fuit pauper ⁊ tu vis esse diues Xp̄c vigilauit ⁊ in or̄one p̄noctat

⁊ tu piger dormis ⁊ negligis ſmones. Xp̄c ieiunauit ⁊ tu guloſus ⁊ in crapula viuis Xp̄c fleuit et tu rides. xp̄c artam vitam duxit ⁊ tu delicatam vitā ducis. Qurae fecit talia vt nobis exemplū dere linqueret vt ſeq̄mur veſtigia eius. vnde Aug⁹ d̄ vera religione Quidquid xp̄c in terris geſſit diſciplina morū fuit. Item in faciē xp̄i palmas dant illi ſacerdotes q̄ pollutis manib⁹ corp⁹ xp̄i tangunt et ꝯtrectant

Quātuz ad terciā

ꝑtem illi⁹ ſmonis ſcz de ꝯfeſſione q̄rit. Cum quis dubitat de aliquo pctō an ſit mortale vel veniale an teneat iſtud ꝯfiteri Rñdetur ſm ſcm̄ Tho. in 4. diſ. 21. ꝙ tenet. alias cōmittit ſe ꝑiculo ſi negligit ꝯfiteri ⁊ mortalit̄ peccat ſicut ⁊ q̄ aliq̄d ꝯmittit vel obmittit in quo dubitat eſſe peccatū mortale Taliter tamē dubitans non debet in ꝯfeſſione aſſerere illud eſſe mortale ſed factū narret ⁊ iudiciū ſacerdotis ſup̄ h̄ expectet cui⁹ eſt diſcernere inter lepram VI Vtꝝ teneamur ꝯfiteri peccata que manifeſta ſunt Rñt̄ ſm ſcm̄ Bonā uēturā ſup̄ 4. diſ. 17. Manifeſta peccata ⁊ q̄ntūcūqz ꝯfeſſori nō p̄us tñ adhuc oꝑtz ꝯfiteri q̄ ſi ſacerdos talia peccata ſciuit ⁊ adhuc ſcit hoc eſt ſolum vt hō ⁊ nō vt de⁹ aut vt vicarius xp̄i ⁊ iudex eccleſiaſtic⁹ illius penitentis Et q̄m diu ſoluz ſic ſcit vt hō tam diu nō ꝑtinet ad eum ſoluere aut ligare Igitur oꝑtet vt pctōr ſua peccata ꝯfiteat̄ quantūcunqz etiā ſint p̄us nota ⁊ ſic ꝯfitēdo ſe ſibi accuſet ⁊ ſubmittat tanq̄z vicario xp̄i ⁊ ſuo iudici ſpūali. Item querit̄ Vtꝝ liceat ꝯfiteri peccata que q̄s nō cōmiſit Rñdetur ſm ſcm̄ Tho. in 4. diſ. 21. ꝙ nō licet. talis eīm nō eſt peccator ſed menciēdo p̄mo peccator efficit̄ Et hoc idem habet̄ in decretis. 22. q. 2. cū humilitatis. Sz tamen ſcienduz eſt. ꝙ ſi quis dubitat de aliquo peccato vtꝝ ꝯmiſit an teneat̄ cōfiteri Rñt̄ ſi ꝓbabilit̄ dubitat ⁊ tñ nō p̄t ſcire certitudinalit̄ tūc tenet̄ ꝓpter ſecuritatem ꝯfiteri ſic ſub dubio et miſericordiam accipere.

Vltimo exemplu

Quomō ꝯfeſſio liberat hominē etiam a morte temporali

Pud ciuitatem attrabatenſiū iuuenis q̄dam extitit de eadē ciuitate natus delicateqz ibidez ab infancia educat⁹. et inter honeſtos clericos ꝯuerſat⁹. Qui cum nō hr̄et aliq̄d beneficiū eccleſiaſticū ⁊ mater ei⁹ cepit egere. puduit eū manere cum illa Inflatuſqz ſpū dyabolico ad domū cuiuſdā diuitis argētarij venit cū dolo. Cui ⁊ dixit Mercator q̄dam diues venit in domū meam volens ꝯpare cyphos argēteos. calicē ⁊ alia quedaz vaſa de auro ſiue argento fabricata. ſi quid g̃ de tali opere vendere volueris in ſaccello pone. etiā tali hora ſolus. q̄ ſecretum vult eſſe venies in domū meā. Argētari⁹ igit̄ de clerico bene ſibi noto nullam habēs ſuſpicionem. vt iuſſerat fecerat. tñ quo itur⁹ erat familie ſue notificauit Quē cū cleric⁹ ſoluz veniētem aſpiceret. retro oſtium ſe abſcondit Intrantiſqz cerebrum diuiſit ⁊ occidit. Deinde cum ſorore virgine hoīem membratim diuidētes in cloacā ꝓiecerūt. Familia v̄o artificis cū redire tardaret. ad domū talis clerici venit. vbi nā dñs ſu⁹ eſſet inq̄ſiuit. Clerico vero cum ſorore reſpondētib⁹. nō venit huc. circūſpiciētes veſtigia fuſi ſanguīs repierunt. Quibus mox crimē homicidij imponētes. accerſitis iudicib⁹ cū iam negare nō pſſent. tū ꝑfuſi ſanguīs oñſione. tum theſauri reꝑtione. ſentētia data eſt vt ambo in ignez mitterent̄. Quid plura cum ducerent̄ ad penam. dicebat puella germano ſuo. frater ecce ad mortē quā meruim⁹ ducimur quā tñ euadere mīme poſſum⁹. ꝯſilium meū eſt vt de ꝯmiſſo ſcelere faciam⁹ ꝯfeſſionē. vt ſaltem penā euadam⁹ eternam Ad hec verba clericus indignat⁹ rñdit.

nō faciam. q̄d eīm mihi ꝓdesse posset cō
fessio tam tarda Illo itaq; indurato. pu
ella petiuit sacerdotem. cui cum multa
ꝯtritōne ꝯfessa est crimen. deinde ambo
ligati ad stipitem sunt vno igne copioso
circūpositi. Mira virtus ꝯfessiōis. mi-
ra clemēcia saluatoris. clericū desperatū
mox flāma deuorauit. puellā vero nō te-
tigit. neq; ꝯtristauit. neq; quicq̄z mole
stie intulit. vincula tñ eiꝰ sicut legitur de
tribus pueris ignis ꝯsumpsit. ita vt libe
re deambulare posset. Viso tanto mira-
culo. iudices puellam innocentē estimā-
tes iusserūt vt exiret. Sicq; ꝑ ꝯfessionē
incendij illius euasit ardorem. Hec Cesa
rius in dyalogo

Feria Quarta post Oculi.
Sermo. xxij.

Accesserunt ad
iesum scribe ⁊ pharisei dicentes
q̄re discipuli tui transgrediūt traditiōes
senioꝝ nō eīm lauāt manꝰ suas cū panem
manducāt Math. 5. Unde vbi maiꝰ im
minet ꝑiculū ibi ciciꝰ est succurrendū. mō
vicia maioruz ꝑiculosiora sunt q̄m mīo
rum q; nō solum eis sed etiā alijs sunt cā
ruine ⁊ scandali. Hinc est ꝙ xp̄c mgr̄ ve
ritatis scribas ⁊ phariseos qui erāt p̄ci
pui ⁊ maiores int̄ iudeos aspiꝰ corrige-
bat q̄z minores ⁊ simpliciores sic̄ patz
in euāgelio hodierno. Unde in pñti
ſmōe tria sunt dicenda. p̄mo de euange
lio. scd̄o de. j5. articulo passionis. 3o de
ꝯfessione cum vno exemplo. N
Quantū ad p̄mū sciendū. ꝙ xp̄c p̄mo re-
prehendit scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ supsticō
sitatē q; plus curabāt de mundicia exte
riori q̄z interiori plus de lotione manuū
q̄z de lotione animaꝝ. Hoꝝ similes sunt
multi q̄ volunt habere exteriora pulcra.
interiora autē fetida. de quibus sic dicit
Augꝰ Bona vis habere ⁊ bonꝰ non vis
esse quid est qd̄ malū vis habere omnino
nihil. nō vxorem nō filium. nō ſuum. nō
tunicā. nō caligā. ⁊ tñ vis habere malā
vitam. Postea subdit Rogo te prepone
vitā tuam calige tue Multi aūt sunt qui
nō preponūt si saltē eaz adequarēt ꝙ scz
talem curam haberēt de anīa sua quam
habēt de sua caliga. Si eīm caliga tua lu
to est infecta mox ip̄am abluis si est la-
cerata mox ip̄am ꝯsuis si est puluere re
spersa mox ip̄az excutis Vade g̊ ⁊ tu fac
similit̄ de aīma tua sicut facis de caliga
tua. Si est infecta luto peccati mortalis
vade ⁊ ip̄am ablue ꝑ ꝯfessionē Hiere. 4.
Laua a malicia cor tuū. Si est lacerata p̄
nimia vetustate in pctīs vade ⁊ ip̄am cō
sue ꝑ satisfactionē. Sartores eiꝰ sunt sa-
cerdotes qui animaz laceratā suunt. Si
aūt est puluere respersa peccatoꝝ veniali
um: ip̄a venialia excute a te. juxta illud
Mat. jo. Excutite puluerē de pedibꝰ ve
stris. Secūdo redarguit eos xp̄c de cupi
ditate Erāt eīm isti cupidi q̄ inducebāt iu
deos q̄ habebāt ꝑentes ⁊ sua deo voue
rūt ⁊ sic ꝑentibꝰ dicebant ꝙ tale munus
ꝓderit eis ad vitā eternā. vnde dixit fi-
lius patri. Munꝰ qd̄cunq; oblatū est in
templo ex me. i. ex mea deuotōe tibi ꝓde
rit ad salutem anime magis q̄z si darem
tibi q; tunc tibi solum ꝓdesset ad corpꝰ
Et ꝑ talem modū pharisei bona eoꝝ po
stea cū filijs diuiserūt. Ex quo ptz ꝙ erāt
cupidi. Tercio redarguit eos de impiete
quia erant impij in ꝑentes Audiētes eīm
ꝑentes scz ꝙ oīa ꝯsecrata erant deo de-
uitabant vti eis ne sacrilegi crimē incur
rerent ⁊ sic efficiebant̄ famelici ⁊ ꝫ erat
impium ⁊ ꝯtra mandatū dei. Vñ subdit
xp̄c ⁊ nō honorificabit p̄rem suuz ⁊ ma-
trem suā Ubi notandū ꝙ q̄z uis pharisei
etiā alia p̄cepta dei nō seruarēt de nullo
tamen eos tam acriter rep̄hendit sic̄ de
inhonoratōne ꝑentum adinnuenduz ꝙ
nimis displicz deo dum ꝑentes inhono
rant̄. O Debemꝰ autē induci ad
honorandū ꝑentes ꝓpter tria. Primo ꝓ
ter p̄ceptum q; deꝰ hoc p̄cepit Et insup
p̄ceptum ſuantibꝰ addidit remuneratō
nem ⁊ nō ſuātibus eternā maledictōnē

Cum dicit Exod. 20. Honora p̄rem tuum
⁊ matrē tuā vt sis longeuꝰ super terram
Et eiusdē. 21. Qui maledixerit patri l' ma
tri morte moriat. Et cum in nullo alio p̄
cepto inuenit illa ꝓmissio. ꝑ hoc datur
intelligi q̄ntum placeat deo ꝙ honorēt
ꝑentes Et quantū sibi displiceat qñ non
honorant. Scdo inducimur ꝑ exemplū
qꝛ ipse xp̄c honorauit matrē suam in mū
do venientē qꝛ matrē dei eam fecit Mo
rientē qꝛ ꝑsonaliter cū tota curia celesti
ad eius obitum venit honorauit etiā ma
trem post mortē qꝛ ip̄am in corpe ⁊ aīa
ad suam dexterā collocauit. Tercio indu
cimur ꝑ debitū Nos em̄ a ꝑentibꝰ recepi
mus esse nutrimentū ⁊ documētū qꝛ igi
tur ab eis recepimꝰ esse. dēmꝰ in magna
reuerēcia eos habere Ecci. 7. Honora pa
trem tuū ⁊ gemitꝰ matris tue ne obliui
scaris memēto qꝛ nisi ꝑ illos natus non
fuisses Quia ab eis recepimꝰ nutrimētū
dēmus de ipsis magnā curam hr̄e vt sic
diligēter nos nutriuerūt in iuuentute sic
⁊ nos cum diligēcia nutriamꝰ eos in se
nectute Ecci. 3. Fili suscipe senectā p̄ris
tui ⁊ nō ꝯtristes eū in vita illiꝰ Quia ab
eis recepimꝰ documētum dēmꝰ eis mag
nam obedienciā ad Ephe. 6. Filij obedi
te ꝑentibꝰ vestris hoc em̄ iustū est

Exempluz de filia

que nutriuit matrē cū lacte ꝓp̄o in turri

Xemplū scribit Valeriꝰ vbi ostē
dit ꝙ debemꝰ ꝑentibꝰ subuenire
qui sunt in necessitate positi. Re
citat em̄ ꝙ cum q̄dam mulier nobilis ob
qd̄dam flagiciū fuissz morti adiudicata
noluit eam iudex aliq̄ morte publica pu
nire ꝓpter honorē ꝑentele. sed inclusa ē
in carcere vt ibi fame ꝑiret. Filia v̄o eiꝰ
que erat nupta de licentia iudicis matrē
suā q̄tidie in carcere visitabat. p̄us tamē
diligēter ꝑscrutabat ne quid ꝯmestibile
illi afferret Illa vero extracto vbere sin
gulis diebꝰ lacte ꝓprio matrē alebat Cū
vero iudex miraret ꝙ tanto tempe super
uiueret reptum est quid ei fiebat a filia.
tunc pietate motus matrē filie donauit

P

Quātuz ad secun

dam ꝑtem illiꝰ s̄mōis Sciendū ꝙ quin
decimꝰ articulꝰ passionis xp̄i ē faciei ve
lacio ⁊ ꝓphetādi ludibriosa expectatō
Velauerūt em̄ faciē suam hāc quippe be
nedictam faciem quaz moyses eximius
ꝓphetaꝝ inspicere desiderabat Cū dice
bat Exo. 33. Ostende mihi dñe faciē tuā
Item rex ⁊ ꝓpheta dauid in p̄s. 7. Ostē
de nobis faciem tuā ⁊ salui erimꝰ Item
Salomon Cañ. 2. Facies em̄ tua decora.
Item mlti reges ⁊ ꝓphete desiderabāt
multis tempibꝰ faciem xp̄i videre Luc.
x. Multi reges ⁊ ꝓphete vo. ⁊ nō vide
runt Venit tandē desideratꝰ cunctis gen
tibus ⁊ iudeis faciem suā ostendit ⁊ ip̄i
sceleratissimi faciem eiꝰ velauerūt Et cū
sic velata esset eius facies ꝑcutiebāt eū
in capite dicentes ꝓphetisa nobis xp̄e
q̄s est qui te ꝑcussit. Et cum sic velassēt
eum q̄libet eoꝝ ꝑcussit eum q̄ vel vbi vo
luit q̄dam in collū. alij in maxillā. alij in
faciem ⁊ sic ꝑcutiētes introgauerūt euz
dicētes ꝓphetisa nobis xp̄e q̄s est q̄ te
ꝑcussit. Et hoc irrisorie dicebant ⁊ in cō
tumeliā eiꝰ ⁊ qñ ipsi eū illis verbis irride
bant ⁊ quasi ludibriū de eo faciebāt Id
circo nihil rñdit. Ex hoc articulo hēmꝰ
tria documēta. Primū ꝙ sūme caueamꝰ
ne velamen ante xp̄i faciē ponamꝰ Et illi
sunt. Primi q̄ in secreto peccāt ⁊ hoīes
timent sed deū qui vbiqz p̄ñs est non cu
rant ⁊ ita audaciter peccant ac si deꝰ nō
videat cum tñ omnia nuda ⁊ apta sunt
oculis eius. Unde bonū est qñ quis in se
creto peccat vt cogitet nōne deꝰ videt.
vñ Augꝰ de v̄bo dñi. Si peccare vis q̄re
locum vbi te deꝰ nō videat ⁊ fac qd̄ vis.
Q Scdi sunt mechanici. mercatores
⁊ etiā institores q̄ scient̄ malum ꝓ bono
vendunt ⁊ sic ꝓximos decipiunt ponen
do qd̄ bonū est supiꝰ ⁊ qd̄ deterius est in

medio ait inferius ⁊ dicunt totū sic esse sicut supi⁹ est. Tales em̄ ꝑm Raymundū peccant mortaliter ⁊ tenēt̄ ad restitutionē ⁊ hoc nō solum intelligit̄ de magnis rebus sz etiā in ꝑuis vt patz in q̄busdam homib⁹ q̄ ꝑuas res habent vendere vel emere tñ in his multiplicit̄ menciunt̄ ⁊ ꝓximos decipiunt in q̄bus omib⁹ deuz grauiter offendunt R Scd̄m documentum est ꝙ pulcre ꝑsone q̄nq̄z debent habere oculos defixos in terram ⁊ faciem abscondere ne scient̄ dent occasionē malaꝝ ꝯcupīaꝝ. Sed in oppositū faciunt multe mulieres ⁊ v̄gines que ad ꝑ se ornāt vt amabiliores fiant ⁊ sic alios allicere possint ⁊ tales mortalit̄ peccāt ⁊ erunt homicide anīaꝝ. vñ Aug⁹ In li. ad sacras v̄gines. Pudica virgo nec ornatu capitis nec habitu nec oculis erectis sed cum vultu ad terrā ꝯposito ꝓcedat ne ī se viles inducat amores ⁊ sic nō per eos alijs causa perditionis existat. Tercium documentum est vt considere mus nos ipos vt nunq̄z manu p̄ui opis xp̄m ꝑcutiam⁹ qd̄ si nescim⁹ expetam⁹ ꝑ pia fide a xp̄o qd̄ iudei irrisorie exigerunt vt ipse ꝓphetisz nobis illuminādo corda nostra vt ꝯgnoscam⁹ culpas nr̄as in q̄b⁹ offendim⁹ cū ⁊ obliti sum⁹. Quia est singulare donū dei q̄n de⁹ dat peccatori cognoscere aliqd̄ pctm̄ p̄us ꝯmissū ⁊ postmodū oblitū qꝛ est signū ꝙ de⁹ noluit eum mori in illo peccato S

Quātū ad tertiam

ꝑtem illius ꝑmōis scz de ꝯfessione q̄rit̄. Quid si sacerdos introgaret ꝯfitentē. ⁊ ille rñderet Rñdet̄ ꝑm Wilhel. sufficit q̄ntum ad ea de q̄bus interroget. nisi sit talis ꝙ potius dimitteret ꝯfiteri q̄m ꝙ ore ꝓprio ꝯfiteret peccatū illud tunc nō sufficeret Circa qd̄ notandū ꝙ ꝯfitens q̄n ex verecundia ducti occultāt que sciunt se ꝯmisisse aut ex ignorancia ⁊ simplicitate nesciūt integre ꝯfiteri sic fit nō nunq̄z eoꝝ ꝯfessio insufficiēs vel inutilis vel nociua nisi eoꝝ d̄fectui occurrat prudēs cōfessor ac diligens inuestigator Unde mgr̄ sñaꝝ. li. 4. dis. 14. dic̄. Oꝑtet ꝯfessores penitenciū ꝯfessiones scrutari sic̄ medicus scrutat̄ vulnꝰ a se curandū ⁊ sicut iudex scrutat̄ causā a se iudicandā. veruz tñ hui⁹ mōi inq̄sitio in ꝯfessione est caute ⁊ sapienter facienda vt ꝯfitentes int̄rogant̄ de peccatis que ꝯmunit̄ ꝯueniūt statui etati ⁊ officio singuloꝝ. Unde p̄mo interroget quotiēs scient̄ iurauit ꝑ deum qd̄ scienter nō fuit verum qꝛ tales ꝑm sanctū Tho. 22. q. 98. peccāt mortalit̄ siue in ioco siue in serio sic iurent. Et etiā quotiens blasphemādo deum offendit. Similit̄ quotiēs verba maledicta cōtra ꝓximū ꝓtulit quia illa tria peccata scz ꝑ deuz iurare blasphemare maledicere sūt iam ꝯmuniora pctā in mūdo. Et beat⁹ ē qui illa rite ꝯfitetur ⁊ firmiter ꝓponit se cauere ab illis trib⁹ peccatis qꝛ sperand̄ est ꝙ etiā cauebit se ab alijs peccat. Secūdo querat de sortilegijs quotiēs falsificauit fidem credendo carmīatricibus. Tercio q̄tiens sine causa festa ⁊ ieiunia ecclesie soluerit ⁊ in dieb⁹ dñicis missam sine causa nō audiuit. Quarto q̄tiēs īpaciens fuit ⁊ ꝯtra deū ⁊ sanctos murmurauit ⁊ vota deo ⁊ sanct ꝓmissa sine cā fregit. Quinto quotiens actū luxurie cōmisit qꝛ omīs actus luxurie q̄ scient̄ ⁊ volūtarie ꝯmittit̄ extra matrimoniū ē peccatū mortale. Sexto quotiēs ꝓxīo suo damna intulit in gramīb⁹ ⁊ rapis piris oleribꝰ similit̄ ꝑui ⁊ ancille qui bona dominoꝝ suoꝝ furtiue subtrahūt ⁊ infideliter laborantes. Similit̄ lusores quotiēs luserunt ex auaricia ⁊ quantū lucrata sūt ⁊ quantū ꝑluserunt. Similit̄ vsurarij raptores ⁊ qui a iudeis mun⁹ ⁊ similia recipiunt. Septimo quotiēs detraxit ꝓxīs vel libenter audiuit vel faciliter credidit vel quotiēs audita cum augmēto alijs dixit. Octauo quociēs suꝑbiuit aut coreizauit aut q̄z diu in amore illicito stetit vel quotiēs se ornauit ad alliciendū ali

os. Nono quotiēs excessit mensuram in comedendo ⁊ bibendo ꝙ inebriat⁹ fuit vel nauseā seu fomitū habuit Decimo q̄ tiens deliberato anīo irat⁹ fuit ⁊ ex ira ꝓximū verbis vel factis lesit ⁊ q̄z diu irā vel inuidiā ⁊ inimicicias in corde portauit ⁊ quotiēs de ꝓsperitate ꝓximi doluit ⁊ de infortunio eius gauisus fuit. Undecimo quotiēs ī matrimonio vir ex ira vel vindicta vxorem ꝑcussit ⁊ vxor virū scienter ad iram ꝓuocauit ⁊ sibi inobediens fuit etiā si sacris tempib⁹ actum matrimonij ꝑfecerunt vel in domibus suis ꝑmiserunt scienter ludere. blaphemare choreizare. luxuriari vel si pueros non correxerūt Ista sunt ꝯīora pctā hoīm

Vltimo exemplū

De religioso qui dedit omīa bona opa sua ꝓ peccatis homīs obstinati.

Peccator magnus nullaten⁹ volens ꝯfiteri. tandē vxor ei⁹ vidit duos fratres ire añ domū suam q̄s ad se vocauit ⁊ dixit. Videte dilecti fratres si aliq̄ mō potestis viꝝ meum ad ꝯfessionē inducere Ad quē cū accessisset frater senior nihil ꝓfecit Tandē accessit alter q̄ dixit ad eum Cuiuscemodi hō fuistis vos. Rñdit ille. Ego mercator fui. Cui frater. Et velletis hodie facere forū in quo mecū lucremini centū marcas adhuc ante vesperas. Rñdit ille vtiqz. Cui frater. Mos est vt qui vendit vel emit oportet vt ostendat rem quā vendit suo emptori. Ego aūt faciā vobiscum forum hodie ⁊ do vobis omīa mea bona opa que vnq̄z feci in ordine meo. que sunt ieiunia. orōnes. ⁊ p̄dicatōes. ⁊ omīa que feci hec habete omīa ꝓ oībus pctīs vestris Mō ostēdite mihi peccata vestra. Tunc ille incepit omīa dicere q̄ fecit. Et cū ille audisset. assignās omīa bona voluit recedere. quē ille cuz lacrimis tenēs ꝑplicam rogabat dicens Dñe dilecte illud forum sit. modo p̄mo audite meā cōfessionē. ⁊ tunc cepit cū tantis lacrimis ꝯfiteri. ꝙ omnes stupebant de tam subita mutatōne. ꝙ illud cor tam durum ita cito mollificatuz fuit ꝑ istum ignem spiritussancti

Feria Quinta post oculi.
Sermo. xxiij.

Ocrus autez

symōis tenebat magnis febribus Luce. 4. sic dicit beatus Aug⁹ Fili⁹ dei venit ad genus humanū sicut medicus ad egrotū. Magn⁹ inquit venit medicus qr muud⁹ vbiqz iacebat egrotus. Vñ etiā Johēs de sctō gemi. Xp̄c erat medic⁹ ꝑfectus qr totū hominē sanauit ⁊ ideo corp⁹ ⁊ animā suscepit vt corpa ⁊ aīas sanaret hoc est quēcūqz sanabat corpe sanabat ⁊ in anima qr sanādo corpora a morbis sanauit etiā aīas a vicijs

Unde in pñti ſmone tria sunt dicēda Primo de euāgelio. scdo de. j6. articulo passiōis xp̄i. 3o de ꝯfessione cū vno exēplo I Quantū ad p̄mū sciendū ꝙ xp̄c in euāgelio hodierno oñdit op⁹ magne potentie in symonis socri curatione cum eñ magnis febrib⁹ teneret. xp̄c febrib⁹ impauit ⁊ illa ꝯtinuo sanata surrexit ⁊ mīstrauit illis. Naturaliter vt dicit glosa. Febricitās incipiente sanitate ꝯsueuit languescere sz illa ꝯtinuo surrexit ⁊ xp̄o ⁊ discipulis ministrauit. Item ostendit opus magne potētie in hoc ꝙ cum sol occubuisset multos infirmos diuersis languorib⁹ sanauit. Vñ subdit. Omēs qui ha. infir. va. lang. du. illū ad deū. At ille singulis m. in c. eos Circa p̄mū opus potencie ꝑ quā curauit socrum symōis que tenebat magnis febribus ꝑ quā febrem peccatū mortale intelligitur Inter cetera autē inꝯmoda que patit talis febricitās est ꝙ haber palatū inordinatū anime qr dulcia vidētur sibi amara ⁊ insipida id est omīa spūalia sibi vident insipida. Vñ apl'us. j. ad Cor. 2. Talis hō non ꝑcipit ea que dei sunt. Et ad hoc ostendend̄ ponit Chris sup ma-

theū tria exempla. p̄mū est si ostenditur leoni pratum virens nō excitat eiꝰ appetitꝰ qꝛ in natura sua nō est ꝯmedere herbas sed carnes Et hoc ꝑtinet ad luxuriosos q̄bus ⁊ si ostendunt herbe virentes id est si p̄dicant eis celestes amenitates nō excitant eorū volūtates ad desiderādum qꝛ non est in natura eoꝝ desiderare celestes amenitates sed carnales voluptates. qꝛ sicut d̄r Ecci. xj. Audiens luxuriosus v̄buz scz castitatis ⁊ displicebit ei ⁊ ꝓijciet illud post tergū. Scd̄m exēplū est q̄a si pluuia cadit sup lapidem lapis q̄dem a foris balneat abintꝰ aūt siccus existit hoc exemplū ꝑtinet ad supbos q̄ habēt corda lapidea ita ꝙ si deꝰ pluuia sue gratie vel inspiratiōis int̄ne īmiserit cor eoꝝ exteriꝰ potest tangere sed intus nihil potest intrare ⁊ id̄o remanēt aridi ⁊ sicci ab omni humore gr̄e. De talibus dicit Job. 4. Cor eius indurabit quasi lapis. Magna eīn dei misericordia est qn̄ tale cor durum mollificat vt gratia dei intrare valeat. vn̄ Ezech. 36. Auferā cor lapideū de carne vr̄a ⁊ do vobis cor carneum ⁊ spm̄ meū ponā in medio vestri. Tercium exemplū est. qꝛ si in aliquo vase aceto pleno gutta mellis infundit ⁊ mel ꝑditur ⁊ acetū nō dulcoratur hoc exemplum ꝑtinet ad auaros qui hn̄t cor acetosum id est multis amaritudinibꝰ repletū habēt eīn amaritudinē laboris in adquirendo timoris in custodiēdo ⁊ doloris in amittendo Et ideo diuitie vocant spine. vt hētur Math. jz. ex eo qꝛ cor totaliter pungunt. Si eīn mel. i. verbū celeste vel inspiratio diuina in talium corda mittit ⁊ verbum ꝑditur ⁊ cor eoꝝ nō immutat Et id̄o sciendum ꝙ dicit Augꝰ Disce nō diligere mundū vt discas diligere deum funde vt implearis auerte. vt ꝯuertaris

Quātuz ad secundam

ꝑtem illius s̄monis sciendū ꝙ sedecimꝰ articulꝰ passiōis xp̄i est p̄sentatio corā pylato ⁊ accusatio de falsis Augꝰ. eīn dicit ꝙ omīa p̄missa dn̄s in tenebris passus est vsqz mane sed facto claro mane quasi hora p̄ma surgens omīs multitudo iudeoꝝ adduxerūt iesum vinctū in pretoriū et tradiderūt eū pontio pylato presidi. Cum aūt xp̄c introductꝰ esset in p̄torium ⁊ vinctꝰ staret coram p̄side Judei nō intrauerūt pretorium ne ꝯtaminarent sz vt manducarēt pascha. Reputassent eīn se īmūdos si intrassent alieni iudicis p̄toriū ꝯtaminari timebāt ⁊ super īnocent aīam occidere nō timebāt. Exiuit g̃ pylatꝰ foras ad eos ⁊ dixit iudeis Quā accusatiōz fertis sup hominē hunc Rn̄derunt sibi si nō esset hic malefactor non tibi tradissemꝰ eum Ait eis pylatus Accipite eum vos ⁊ s̄m legem vestram iudicate eum Dixerūt ergo iudei Nobis non licet int̄ficere quēq̄z Ceperunt ergo ip̄m accusare in duobꝰ. p̄mo qꝛ ꝓhibuit tributum dare cesari. scd̄o seip̄m dixit esse regem ⁊ omīs qui se dicit regē esse ꝯtradicit cesari. Et cū sic accusaret a p̄ncipibꝰ sacerdotū ⁊ seni. nihil rn̄dit. Et dicit illi pylatus Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia Et nō respōdit ei verbū scz in p̄sencia iudeoꝝ ita vt miraretur preses vehement Intrans ergo pylatus p̄torium p̄mā accusationē nullaz reputans q̄si manifeste falsam qꝛ fortassis audierat ip̄m dixisse. Reddite q̄ sunt cesaris cesari ꝛc̄. De scd̄a aūt dixit ad iesum Tu es rex iudeoꝝ Cui respondit A te metipso hoc dicis an alij tibi dixerunt. Rn̄dit pylatus Nunq̄d ego iudeus sum q̄si diceret Ego nō sum iudeꝰ ⁊ ita hoc a me nō dico sed gens tua ⁊ pon. t. tra. te mihi scz ꝓ ista causa te puniendū. Tunc ait iesus Regnum meū nō est de hoc mūdo si ex hoc mūdo ꝛs. reg. m. mū. m. vti de. vt nō tra iude. Nunc aūt regnū meuz nō est hinc. Cui pylatꝰ ergo rex es tu Respondit iesus. Tu dicis q̄si diceret verū dicis qꝛ rex sum ego. Ego ad hoc natus sum in mū. vt te ꝓhi. veritati Cui pylatꝰ

quid est veritas. Cum hoc dixisset iterū statim exiuit ad iudeos & dixit ad eos. Ego nullā causā inuenio in homine illo. Tunc illi allegabāt terciā accusatōz di. Cōmouit vniuersum populū incipiēs a galilea vsqz huc. Et notandū q̄ totā accusationē retorquebāt in offensā cesaris cui⁹ officialis erat pylat⁹ vt p hoc magis citarent eum aduersus ihesum A

Ex hoc articulo hēm⁹ duo documēta. p̄mum est q̄ ptās secularis nō est despicienda sz honoranda Ro. jz. Omis ptās est a deo & qui ptāti resistit ordinatōi dei resistit Vñ dñs dixit ad pylatū Non haberes in me ptātem vllā nisi datū essz tibi desup. Ptās aūt dat a deo p̄latis. p̄ vt subditos a malo retrabāt. scōo vt ipsos ad bonū opellant Et ex hoc habebūt magnū meritū in celo. j. Thy. 5. Qui bene p̄sunt plebi duplici honore digni sūt Vñ etiā 23m decretis Prelati deo fuiunt bene viuendo & subditos fideliter regēdo 23. q. 4 Si eccīa. g̃ bona est potestas ac p̄ hoc honorāda. j. Pet. 2. Deum timete regem honorificate. vñ dicit Aug⁹. Deus hō stabat ante hominē pylatū & nulluz ireuerencie v̄bū est locut⁹ Sic & nos cū reuerēcia stare dēm⁹ coram p̄latis nr̄is & ipsis volūtarie obedire loco dei. Berñ Obediētia q̄ maioribus p̄betur deo exhibetur. Scōm documentū q̄ solicite cauēamus ne & nos cum iudeis x̄pm false accusemus & ei crimina nr̄a imponā⁹ vt faciūt falsi x̄piani q̄ retorquent ptā sua in deū dicētes de⁹ hoc voluit vel stelle fecerūt me peccare & de⁹ fecit stellas & sic de⁹ fecit me peccare. vñ Ambrosi⁹ super p̄s. 69. Malū est peccare Pei⁹ est in peccatis p̄seuerare sz multo pei⁹ est in deum culpā suā refundere. Et tales grauit̄ peccant q̄ tenēt fatū. Cōtra q̄s dicit Greg⁹ Absit inq̄t a fidelib⁹ q̄ esse fatū aliq̄d dicant. Ergo cū quis peccat mortalit̄ b debet ascribi p̄prie malicie ipsi⁹ hois & nō ordinatōni dīne q̄ de⁹ dedit homi libez arbitriū ad faciendū bonū vel malū ergo peccare stat in p̄pria volūtate ipsi⁹ hois vñ Eccli. jx. Apposui tibi ignē & aquā bonū & malū ad q̄cunqz volueris porrige manum B

Quātuz ad terciā

ptem illi⁹ fm̄ dōis scz de p̄fessiōe. p̄mo q̄rit Utz in p̄fessiōe liceat dicere ptā aliena Rūdet fm̄ sanctū Tho. in 4. dis. jō homo in p̄fessiōe debet famā alteri⁹ custodire inq̄ntū p̄t sed suā p̄sciam magis purgare. Et iō si circūstancia q̄ ducit ad p̄gnitiōz p̄sone sit de necessitate p̄fessionis vt q̄ trahit in aliā spēm mortal' petī tunc debz p̄fiteri sp tū si p̄t occultando p̄sonā. Si aūt nō sit de necessitate p̄fessionis debz dimittere ne petū alterius p̄dat vel petita licencia p̄fiteat alteri aut supiori q̄ p̄sonam ignorat Si tū exp̄mat eam bona intētione nō vt p̄dat sz vt cōfessor oret p ea aut secrete emendet non peccat sz meret. Itē scōo hic q̄rit vtz liceat sacerdoti inq̄rere a p̄fitenti specificationē p̄sone cum qua peccauit Rūdet fm̄ Bonauē. q̄ non. q̄ aliena petā sunt nullarenus in p̄fessione dicenda cū exp̄ssione p̄sone note p̄fessori nisi inq̄ntum alie na petā sunt nostris petis sic p̄iuncta q̄ sine illis nō possum⁹ p̄priā culpaz explicare sufficiēter Et iō p̄fessores nō debēt in p̄fessiōe inq̄rere petā alior nec debēt sustinere q̄ p̄fitens in p̄fessiōe dicat malum de alijs C Qui em̄ in p̄fessione inq̄runt vel audiūt malū de alijs & sustinent sine rep̄bensiōe p̄fitenciū illi vix aut nunq̄z possunt a petō detractōis excusari nō sunt tales p̄fessores boni medici aiaz cū eos q̄ ad se veniūt p̄ medicina p̄mittūt sibi ip̄is graue vuln⁹ infligere alios accusando Oportet igit̄ p̄dictas inuestigatōes circūstanciaz circūspecte agere & cū magna p̄rudēcia Et iō dicit Bonauē. oportet p̄fessores discretos esse Quia fm̄ Greg^m. in p̄ncipio pastoralis Ars artiū est regimen aiaz Q̄ō maxime videtur in p̄fessionib⁹ audiendis. D

Tercio queritur quō ꝯfitēda sint pctā obli
ta Rñdet ꝑm Scotū. ꝙ homo q̄ p⁹ diu
nō est ꝯfessus postq̄z in ꝑticulari omīa
sua pctā ⁊ de quolibz eoꝝ expressit sacer
doti que sue memorie occurrerūt p̄missa
diligenti sue ꝯscīe discussione Tunc sub-
iungat ctiā generalē oblitoꝝ ꝯfessionez
dicēdo Dñe mihi etiā est verisil'e ꝙ pl'a
alia peccata ꝯtra deū ꝯmiserim q̄ꝝ ꝓpt̄
meaz negligenciā ⁊ inaduertentiā sum
oblitus nec potui rememorari Et tal' cō
fessio generalis sibi sufficit ꝓ istis pctīs
q̄z diu manet eoꝝ obliuio Si aūt postmo
dum peccata oblita ad memoriā redeūt
tunc tenet' hō ea ꝓ loco et tempe oportunitat
in ꝑticl'ari ꝯfiteri cum culpa ne
gligēcie sue ex qua illa p̄sens obliuio ve
nit Vñ etiā de hoc dicit petr⁹ d̄ tharen.
De⁹ nō req̄rit ab homīe nisi illud qd̄ p̄t
Vñ cum pctā oblita ꝯfiteri spēalit' non
sit in ptāte homīs sed generaliter. tñ b⁹
modi ꝯfessio generalis cū ꝯtritiōe gene
rali delet omnia pctā oblita.

Vltimo exēplum

Qū o dyabol⁹ inhibuit peccatori ne am
plius hoc peccatū ꝯfiteretur

Vidā vir multū venerabat' bea-
tā virginē mariā. attamē crimi
nale qd̄dā pctm̄ ꝯmiserat qd̄ nū
q̄z ꝯfessus fuerat. qꝛ puduit eū dicere P⁹
multū vero tp̄is pnīa duct⁹ q̄siuit secre-
tum locū. ⁊ ꝯfessus est deo dicēs. Deus
ꝓpici⁹ esto mihi peccatori. ego ꝯmisi ta
le pctm̄ qd̄ nunq̄z ausus fui ꝯfiteri alicui
homī p̄ pudore. hoc cōfiteor tibi de⁹. ⁊
oro te vt ignoscas mihi illud. Cūqz ille
meditādo diceret. apparuit ei dyabolus
in forma sacerdotis ⁊ dixit. q̄d medita-
ris Qui ait Ego multo tēpe celaui crimi
nale peccatū qd̄ puduit me dicere. Et dix
it ad eum. Ego diuina miseratōne ad te
missus sum ⁊ veni vt ꝯfitearis mihi. Et
statim ꝯfessus est. Et dixit dyabolus. B
iniungo tibi vt hoc peccatum nūq̄z am
plius ꝯfitearis. et credas tibi esse dimis-
sum. qui statim ꝓmisit se hoc facturum
Cumqz vir ille veniret ad extremā horā
vite. angeli ꝯtendebant cum demonib⁹
pro anima illius. Et dixerunt demones.
Scriptū est em̄. quia domin⁹ dicit. Qua
lē te inuenio talem te iudico. ꝑm hec di-
cta noster est. quia ī mortali peccato in
uentus. Et suscipientes animā deduxe-
runt ad inferos cum gaudio. Cunqz ve-
nissent ad portas inferni. occurrit eis be
ata virgo maria et dixit. quia dolose de
cepistis eum ne cōfiteretur mortale pec
catum qd̄ cōmiserat. precipio vobis per
tremendū diem iudicij vt animā eius ad
corpus reducatis. ꝙ illud peccatū qd̄ se
sperabat per illusiones vestras emēdas
se recipiēdo vitam emendet. Qui statim
animā reduxerūt ad corpus. et reuixit.
et plene ꝯfessus est et deo satisfecit. hec
Arnoldus

Feria sexta post Oculi.
Sermo. xxiiij.

Esus fatiga

tus ex itinere sedebat super
fontem Joh. 4. Sicut corpus nihil valz
sine societate anime ex eo ꝙ caret vita na
turali ita anima nihil valet sine societate
dei ex eo ꝙ caret vita spirituali et meri-
toria actione. Vnde domin⁹ dixit Joh.
j5. Sine me nihil potestis facere. Expe-
dit ergo vobis omnino ꝙ deus sit vobi-
scum. Tunc autē deus vobiscum est qñ
loquimur cum eo exemplo illius mulie-
ris hoc aūt fit quando deuote oramus.
vnde Aug⁹ super p̄s. 85. Oratio tua lo-
cutio est ad deum quando legis deus ti
bi loquitur quando oras cum deo loque
ris. Vnde in p̄senti sermone tria sunt
dicenda. p̄mo de euangelio. secundo de
decimoseptīo articulo passionis xp̄i. 3o
de ꝯfessione cum vno exemplo

Quantum ad p̄mum sciendum ꝙ cū
dominus noster iesus christ⁹ ꝑ diuersa

tem turba strauerūt vestimenta sua in via Math. .xj. In verbis p̄missis agitur de honore exhibito xp̄o a turbis hodie. vnde dicit Plurima aūt turba ꝛc̄. In p̄senti s̄mone tria sunt dicenda. p̄mo de euangelio. Secundo de restitutōe Tercio exemplum

Q Quantum ad primū sciendum. ꝙ tota ꝯtinencia istius euangelij ꝯprehenditur in q̄tuor obsequijs que xp̄o hodie fuerūt exhibita Quoꝝ p̄mū fuit sibi exhibitū a discipul'. Unde Sciens iesus ꝙ appropinquabat temp⁹ sue passiōis appropinquare voluit et loco. Cum autē venisset bethfage que erat ꝑua villa sacerdotum ad animalia nutrienda ibidē in mōte oliueti sita tunc misit duos discipl'os scilicet Petrum et Philippū dicens eis Iste in castellum qd̄ contra vos est et non vocauit hierusalem ciuitatem quia non erat ibi pro tunc ciuium vnitas sed ml'tiplex discordia inter eos et precepit eis vt ducerent asinam et pullum et si q̄s aliq̄d eis diceret responderēt ei quia domin⁹ his opus habet Dicit aūt Chris. ꝙ dominus iumentoꝝ non ꝑmisisset vt persone ignote ea accepissent nisi spirit⁹ xp̄i p̄uenisset qui cor eius domini preparasset. Et sic ipsi discipuli asinam ⁊ pullū ad christum adduxerunt. Secundum obsequium fuit sibi exhibitum a iumentis Volens igitur christus complere ꝓpheciam Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et sedēs. Dicit̄ enim ꝙ in hierusalem asina ꝯmunis seruabatur ꝓ pauperibus ad portandū aquam cum ciuitas esset in alto et haberet aque penuriam vel etiam propter alia opera necessaria Et erat āte domū alicui⁹ ligata et qui ea indigebat tenebat̄ illa die adlocū illū reducere et pabulū sibi dare. pullus āt ꝓpter ß eo tp̄e seruabat̄ ꝛ nutrie-

batur ⁊ mittebatur. Et ditūnt q̄dam ꝙ christꝰ sub vtrumqꝫ sedit. Primo super asinum postea super pullum vt significaret ꝙ plebs judeorum que per asinam intelligitur. ⁊ populus gentilis qui ꝑ pullum intelligitur Vtrūqꝫ populum ad fidem debeat adducere ⁊ vtrūqꝫ ad fideꝫ ꝯiūgere qd̄ impletū est in p̄mitiua eccīa quādo multitudo iudeorum aut etiam gentilium ad fidem est cōuersa. Et istud plenius fiet in vltimis tempibus seculi qꝛ omīs plebs iudaica ꝯuertet̄ ad fidem ⁊ tunc erit vnū ouile ⁊ vnus pastor. Vñ Hiere. 23 In diebus illis saluabitur juda Terciuꝫ obsequiū fuit sibi exhibitū a turbis qꝛ q̄dam eoꝝ sternebant vestimēta sua in via quidā ramos oliuaꝝ q̄dam ramos palmarum ⁊ ista faciebant tum ꝓpter mirabilia que faciebat ⁊ maxime ꝓpter resuscitationē lazari. sic̄ dicit Joh. 12. Tum vt iumenta leuius et sine iesione incederēt. R

Vnde hic queritur a quibus turbis sibi ille honor exhibitus sit. Rñdetur ꝙ non a magnis et diuitibꝰ sed a paruis ⁊ pauperibus. Vnde dicit̄ Plurima autem turba sternebant vestimēta sua. Vnde quādo hodie pauperes ⁊ ꝯmunis populus xp̄m honorat pharisei et p̄ncipes eius mortē tractant. Simplices em̄ et pauperes xp̄o adherebant. Diuites autem et potentes jp̄m fugiebant. Vnde christꝰ de omībus diuitibus vnum solum habuit scꝫ Zacheum. De omnibꝰ sapientibꝰ solum vnum habuit scꝫ Nicodemū. De quo habet̄ Joh. 4. vnde. j. Coꝝ. j. Videte vocationem vestram fratres quia nō multi sapientes ꝑm carnem nō multi potētes nō mlti nobiles sed qui stulti sunt mundo elegit sibi deus Quantū ad obsequium fuit sibi exhibitum a pueris qui clamabant Osanna filio dauid Vnde dr̄ Infra Videntes autem p̄ncipes sacerdotum pueros clamantes in templo. Osanna filio dauid Ipsi em̄ pueri ⁊ cetere turbe que antecedebāt ⁊ que seq̄bant̄ cum laudibus ⁊ canticis xp̄m vsqꝫ in tēplum deduxerunt. Et cum q̄dam ex phariseis dicerēt xp̄o. vt habet̄ Luce. 19. vt ipsos tacere faceret. Rñdit dico vobis ꝙ si hic tacuerint lapides clamabunt.

S Vnde hic querit̄ quare christꝰ vadens ad mortem tantū honorē voluit recipere cum tamen alias regnum mundi respueret sicut patet Joh. 6. Ad qd̄ dicenduꝫ est ꝙ hoc ideo fecit vt ille qui est in magnis honoribꝰ ꝯstitutꝰ debet memoriā mortis habere si nō vult supbire. Si em̄ quis habet magnas diuicias cogitat qꝛ vadit ad mortem ⁊ de omībus suis diuicijs nihil p̄ter saccū secū portabit. vnde Job. j. Nudus egressus sum de ventre matris mee. Nudꝰ reuertar illuc Si quis est in magnis honoribus cōstitutꝰ cogitat qꝛ vadit ad mortē vt si erat in gradu sup̄mo ponetur in loco infimo id est sub terra. Si ascendat sup alios dominādo eis serpētes ⁊ bestie super foueam eius ascendēt eum ꝯculcando Si q̄s corpus suum in diuersis delicijs nutrit ⁊ in diuersis coloribus faciem depingēdo preciosis vestibus ornando voluptates carnis exercēdo cogitet qꝛ vadit ad mortē vbi v̄mes corpꝰ suū tam delicate nutritū ꝯmedent ⁊ lacerabūt. vñ Ecc̄i. x Cū em̄ morie t̄ hō hereditabit serpētes ⁊ bestias ⁊ v̄mes. vñ Job. 21. Cū in puluere dormiēt ⁊ v̄mes operiēt eos T

Quātuꝫ ad secun

dam ꝑtē illiꝰ ꝑmōis scꝫ de restitutiōe q̄ritur Vtꝝ vxor furando viro suo peccat mortaliter Rñdet̄ si male expēdit scꝫ ad peccādū scꝫ si daret amasio suo cā allicendi eū ad actū turpē sic peccaret mōrlit̄ furādo ⁊ dando Et ille q̄ sic recipit talia munuscula a tali mlīere tenet̄ in foro cōsciencie restituere in secreto per cōfessorem marito ipsiꝰ mulieris. V Item q̄d de ꝑnis ⁊ ancillis q̄ furant̄ bō dñoꝝ suoꝝ ⁊ ꝯmedūt secrete ⁊ bibūt ⁊ ꝯuiuia faciūt aut alijs hoībꝰ dant vel vendunt

Rñdetur q̄ tales grauiter peccant cum alias habēt sufficienciā comedere ⁊ bibere ⁊ tenētur ꝯfiteri ⁊ restituere dñis vel ipsimet vl̄ iste ꝑsone que ab eis recipiūt vel emerunt vel cū eis ꝯmederunt ergo famuli vel ancille nō debent bona dñoꝝ suorum dare alijs siue amicis siue etiam paupib⁹ sine ꝯsensu dominoꝝ suoꝝ. Similiter domini tenēt̄ famulis ⁊ ancillis ⁊ laboratoribus soluere p̄cium laborum suoꝝ ante occasum solis Nā hoc est vnū de q̄tuor peccat⁊ clamātib⁹ in celum nō soluere p̄cium mercenarioꝝ Contra hoc aliqui faciunt qui ꝓtrahūt ad longum temp⁹ ⁊ qd̄ peius est Aliqui defraudant suos seruitores in suo precio Nam si ollā frangunt vel aliq̄d in domo ꝑdit̄ in duplo ꝑsoluent. X Item q̄d de prelatis ⁊ dñis qui exactiōes indebitas et steūras ponunt subditis. Rñdetur q̄ q̄ vltra debitum censum accipiunt a subditis nisi in casibus ꝯcessis ꝓditores sunt ⁊ tenent̄ ad restitutionē. ꝟm wilhelmū ⁊ ratio est quia eandē fidem debet dñs subdito q̄m subdit⁹ dño sed si subdit⁹ faceret capi dominū vel aliud malū ei inferret diceret̄ proditor sic est de dño quo ad deuz. Similiter subditi tenent̄ dominis suis redditus annuales ⁊ decimas ⁊ ceteras oblatiōes plenas ꝑsoluere que ex antiquo iure institute sūt. Y Itē quid de rusticis qui lapides qui sunt impositi ꝓ signo in pratis ⁊ agris effodiūt ⁊ qui agros suos dilatant cum damno ꝓximoꝝ Et qui bona ꝯmunitat⁊ totius ville vel ciuitatis sibi appropāt ad prata ⁊ agros suos applicando tales grauiter peccant ⁊ tenent̄ restituere. Similiter qui lapides de agris suis sup̄ agros vicinos ꝓijciunt tales tenent̄ ecōuerso āmouere illos lapides. Similiter venatores qui cum equis et canibus suis hominibus in segetibus damna faciunt Et etiam equestres ⁊ vectores qui cuz eq̄s et curribus suis per sata agrorum vadūt ⁊ eis scienter damna inferunt omnes tales non sunt absoluendi a peccatis nisi velint recompensare damna illata Vnd̄ dicitur in decretis. Inferens damnum ꝓximo nō est absoluendus nisi damno ꝟm arbitrium lesi restituto. ꝛ3. q. vltima pessimam ꝛc⁊.

Circa terciaz partem illius sermonis.

Nota exemplū De illo qui damnificauit dominum suum ⁊ non potuit eucaristiaz recipere de manu sacerdotis nisi de hoc satisfaceret domino suo:

Nde recitatur de quodam famūlo exemplum quomodo solum furtum ficuum domino suo nesciente cōmiserat. quas ⁊ ꝯmederat. sed oblitus confiteri accedens ad ꝯmunionem non poterat sacramentū eucaristie de manu apostoli accipe. Qui in se reuersus iuit seorsum ante quoddam altare ⁊ flexis genubus rogauit deum vt sibi daret ꝯgnoscere illud peccatum ꝓpter qd̄ repulsus fuit a sacra ꝯmunione. Et postmodum inuenit q̄ de furto ficuum non esset confessus. Et sic denuo rediens ad ꝯfessionem. confessus est quomodo furatus erat domino suo ficus. ⁊ restitutionem ꝓmisit. Et tunc post absolutionez sacramentū eucaristie de manu apostoli recepit.

Feria secunda Palmarum Sermo. xlj

I exaltatus

fuero a terra omnia traham ad meipsum Ista verba scribuntur Joh jr. ⁊ in euāgelio hodierno Videm⁹ em̄ q̄ omīa lumīosa sunt posita magis in altū q̄z in alia ꝑte. Sicut sol qui illumīat mūdū est posit⁹ in celo Ocul⁹ in alto capit⁊. Cum igit̄ xp̄c sit lux mundi oportuit q̄ poneretur in alto scilicet in candelabro crucis vt mundū illumīaret ꝑ suā passionem Igitur dicit. Si exaltatus fuero.

Unde in p̄senti ſ̄mōe tria ſunt dicenda. Primo de euāgelio. Scd̄o de .ʒj. articl'o paſſionis chriſti. Tercio de reſtitutione cū vno exemplo A Quantum ad p̄mum ſciendum ꝙ chriſtus noluit mori in aliqua domo nec ſub aliquo tecto ſed in aere voluit exaltari triplici ratōne Aer eſt elementū ꝯmune. Poteſt eñ hō hr̄e ꝓpriaʒ terrā ꝓpriū aquā ꝓpriū ignē Aerē vero ꝓpriū nemo p̄t hr̄e. Xp̄c igit̄ p̄mo voluit in aere exaltari. qꝛ ſic̄ aer eſt oībus ꝯmūis ſic paſſio xp̄i. Nā paſſiōes alioꝝ ſāctoꝝ fuerūt ꝓprie qꝛ petrꝰ paſſꝰ eſt ꝓpter ſe. paulus ꝓpter ſe ⁊ ſic d̄ alijs Sed xp̄c nō eſt paſſꝰ ꝓpter ſe ſed cōiter ꝓpter nos oēs Eiꝰ paſſio fuit ꝯmūis ill' q̄ ſunt in celo. i. angel' q̄ ſūt repati. illis q̄ ſunt in mūdo qui ꝓpter ſuā paſſiōʒ ſunt ſaluati Coll'. j. Pacificās ꝑ ſanguinē eiꝰ ſiue qui ſunt in t̄ris. i. homines. ſiue in celis. i. angelos Item fuit ꝯmūis illis qui ſunt ſub t̄ra. i. ſanctis patribꝰ q̄ erant in limbo qꝛ ſunt liberati ⁊ illūiati Ecc̄i. 24. Penetrabo inferiores ꝑtes terre. Nō āt fuit ꝯmunis illis q̄ ſunt in ꝓfundo terre .i. demonibꝰ ⁊ damnatis qꝛ ſunt in malicia obſtinati ⁊ id̄o remāſerūt in ſuis ſupplicijs deſolati. Scd̄o xp̄c in aere voluit exaltari adinuendū ꝙ ſic̄ aer eſt mediꝰ inter celum ⁊ terrā ſic ⁊ xp̄c fuit mediator inter deum ⁊ hominē. Erat eñ quedā diſcordia inter deū ⁊ hoīem. Nā deꝰ ꝯquerebat̄ de homīe ꝙ eiꝰ mandata nō ſ̄uauerat homo v̄o ꝯquerebat̄ de deo ꝙ ſuam creaturā reliquerat. Id̄o veit xp̄c ⁊ mediatorē ſe fecit inter deū p̄rem ⁊ hoīem Zo xp̄c voluit in aere exaltari vt ip̄m aerem immundū ſanctificaret. Sanctificauerat eñ deꝰ terrā triginta tribꝰ ānis ſup eā ambulādo. Sanctificauerat aquā in ipſa ſe baptizando Non reſtabat eñ niſi vt ſanctificaret aerē non ſubtecto ſed in aere moriendo. Seq̄tur Oīa traham ad meipſum B Ubi notandū ꝙ xp̄c in cruce q̄ttuor fecit ꝑ que nos pctōres ad ſe trahit Primo habet caput inclinatū tanq̄ʒ oſculaturꝰ hoīem ad gr̄am euʒ recipiēdo Multis eñ ānis deꝰ pater homini fuit inimicꝰ. Sʒ xp̄c ꝑ paſſionē ſuā recōciliauit hoīeʒ deo patri Ro. 5. Cum inimici eſſemꝰ recōciliati ſumus deo per mortē filij eius Ergo in ſignū recōciliationis xp̄c caput inclinat in cruce prebendo nobis oſculum immo etiam petit a nobis oſculari dicens ad quēlibet peccatorem. illud Gen̄. 27. Accede ⁊ da mihi oſculum fili mi. Et hoc fit ꝑ emendationem vite. Ergo O peccator quondaʒ fuiſti inimicus dei nūc per cōtritionem poteris fieri eius filius. quondam ꝑ peccatum a deo receſſiſti. Nunc autem accede per penitentiā quia ipſe paratus eſt te ad gratiam recipere ⁊ tibi omnia peccata tua indulgere. Et hoc ſignatum eſt nobis Luce q̄ndecimo. De filio ꝓdigo redire volenti ad patrem Cum adhuc lōge eſſet vidit eum pater ſuꝰ ⁊ miſericordia motus eſt et occurrens cecidit ſup collum ejus ⁊ oſculatus eſt eum Secundo chriſtus habuit in cruce brachia extenſa per que trahit nos peccatores ſicut mater trahit puerum ad ſe brachia extendendo. C

Pro quo ſciendum ꝙ chriſtus reuocat de cruce peccatorem ad ſe ſicut auceps niſum ſuum. Nam quando euolauit ab eo tunc extendit manum et clamat ⁊ ſi non redit tunc accipit carnem ſanguinolētam et oſtendit niſo vt viſa carne redeat. Sic chriſtus vocans peccatorem crucem aſcendit manus extendit valide clamauit et ſanguinolentas manus extendit vt peccator viſo ſanguine chriſti quem pro eo fudit citius redeatur ſeu reuertatur. Sed heu abſurdū eſt ꝙ auis indomita in quattuor ſeptimanis domatur et inſtruitur vt ad manum domini ſui volet. Sed peccator indomitus quādoqʒ in vinginti annis nō poteſt domari cum omībꝰ beneficijs vt ad chriſtum realiter ⁊ veraciter redeat Unde ipſe ꝯqueritur de multis pctōribꝰ

q̃uos diu vocauit ⁊ multiplicia bũficia fecit seu exhibuit di. illud ꝓuer. j. Vocaui ⁊ rẽnuistis expandi manꝰ meas ⁊ nõ fuit q̃ respicerꝫ. Tercio habuit pedes affixos in signũ ꝙ vult manere nobiscum. Mat. vlt. Ecce ego vobiscũ sum vsqꝫ ad ꝯsumatõeꝫ seculi Nã xp̃c nunq̃ꝫ vult penitentẽ deserere nec sp̃nere nisi ipse p̃ꝰ deserat vel sp̃nat ip̃m xp̃ni peccando mortaliter. Ergo vocatũ est nomen eiꝰ emanuel. i. nobiscũ deus. Quarto xp̃c habꝫ in cruce latus p̃foratum ⁊ ap̃tum vt sic nobis suã dilectionẽ exp̃mat. vñ Joh. j4. Maiorem caritatẽ nemo habet nisi vt animã suã ponat quis ꝓ amicis suis. Jdo eñ xp̃c cor sibi aperiri voluit in cruce vt homini oñderet suam intimã dilectionẽ. Ac si diceret. ex corde hominẽ diligo ⁊ hoc in ap̃tione cordis ostendo

Quãtuꝫ ad secundam

p̃tem illiꝰ s̃monis sciendũ ꝙ .ꝫj. articulꝰ passiõis xp̃i est matris doloris cõpassio. Cum eñ iesus pendẽs in cruce vidisset matrẽ suã stantẽ iuxta crucẽ p̃ oĩbus matribꝰ scꝫ ꝓ filio ampliꝰ dolentẽ. Cuiꝰ iam felicissimã animaꝫ gladiꝰ doloris p̃transierat. Hanc igit̃ matrẽ cum videret iesus cõmota sunt omnia viscera eius sup̃ matre sua. Cum g̃ vidisset hãc matrẽ suã ⁊ discipulũ stantẽ quẽ diligebat scꝫ johannẽ euãgelistã q̃ ꝯsanguinitatis iure erat cũ maria matre iesu xp̃i ⁊ etiã ꝓpria matre Tũc ꝯmendãs discipulo matrẽ dixit matri sue Mulier ecce filius tuus Non dicit mater ne nomen matris auditũ ampliꝰ viscera eiꝰ cruciaret. De inde discipulo dixit. Ecce mater tua ⁊ ex illa hora accepit eũ discipl̃ꝰ ĩ sua scꝫ officia Vel s̃m aliã lr̃am in suã matrẽ vl̃ curam. Ex hoc articulo habemꝰ hoc documentũ ꝙ debemꝰ cõpati p̃entibꝰ nr̃is afflictis ⁊ nihilomĩꝰ eis curã impẽdere qñ indigent iuxta mandatũ dñi dicẽtis Honora p̃rem ⁊ matrẽ vt sis longeuus sup̃ terrã. Et hoc idẽ docet nos xp̃c hic in exemplo qñ eam in cruce johãni ꝯmẽdauit.

D

Quantũ ad terciã

p̃tem illiꝰ s̃monis scꝫ de restitutiõe q̃rit̃ de illis qui nec emere nec vẽdere nouer̃t nisi cuꝫ mendacijs ⁊ cũ iuramentis R̃nt̃ s̃m Raymũ. Quotiens cã decipiẽdi mẽtiunt̃ scienter peccant mortalit̃ ⁊ tenent̃ ad restitutionẽ ⁊ hoc nõ intelligit̃ soluꝫ de magnis sꝫ etiã de p̃uis rebus. Jtem q̃ in statera delinquũt scꝫ q̃ habẽt diuersa pondera. Et etiã qui scient̃ male mẽsurant sic caupones Similit̃ qui faciũt rem ponderosiorẽ vt qui lanã asp̃gunt aqua vel piper ad celare portant vel vinũ cum aqua linphãt. Jtem q̃ ꝓpter dilationeꝫ tp̃is res multocariꝰ vendunt q̃ꝫ valent vel valere p̃nt. Jtem cũ occultant malũ sub bono ⁊ sup̃iꝰ ponunt illd̃ qd̃ bonum est in aspectũ homĩs sed in medio illud qd̃ deterius est ⁊ dicũt ꝙ totum sit sic superiꝰ est ⁊ mentiendo ꝓximos decipiunt Jtem q̃ auenã emunt cũ est in bono foro ⁊ ꝓpter dilationẽ carius vendũt. Jtem q̃ emunt vinũ in celari ⁊ statim cariꝰ vendunt ꝓpter dilatõꝫ. Similit̃ qui vendũt piper vel spẽs alias vel lanã l̃ pãnos et statim cariꝰ vendũt Jtem q̃ cũ mechanicis ꝯueniũt ⁊ pactum faciũt dando eis ꝓmptã pecuniã ⁊ sibi sup̃ t̃minũ assignatum tot paria vel tot facta mechanica prep̃ant ⁊ sciunt veraciter ꝙ tp̃e illo sibi assignato multo magis eidẽ mechanici soluerẽt tl̃ia eis sic prep̃ata ⁊ sic grauãt istos paup̃es mechanicos. Jtẽ q̃ emũt rapinã scient̃ vel etiã q̃ ꝯmedũt sic vxor vel familia raptoris vel vsurarij. Tenent̃ restituere omnes supradicti si volunt remissionẽ peccatorum ꝯsequi

Vltimo exẽplum

De muliere que ferrum vendidit ⁊ in cõfessione dixit sua bona opera.

Vedam matrona venit in q̃dra
gesima ad ꝯfitendũ peccata sua
⁊ flectens genua sua coram con
fessore quidq̃d se boni ꝯmisisse nouit ce-
pit narrare. ⁊ cum phariseo illo d̃ quo d̃r
in euãgelio se iustificare dicens. Domĩe
tot sextis ferijs soleo in aqua ⁊ pane ie-
iunare. ⁊ tales elemosinas dare eccl̃ias
frequẽtare. ⁊ multa bona facere. Cui sa-
cerdos dixit. Ad quid dña venistis Nun
quid ꝓ istis opibus vultis accipe pnĩaz
quare non dicitis pctã vestra. Rñdit il
la. Nihil mihi conscia sum. ait sacerdos
Cui⁹ estis officij Rñdit mulier Ferrũ ven
dere soleo. Ad quã ille Soletis ne aliqñ
minores ꝑticulas in ligaturis maioribꝰ
intermiscere. sic totum vendere. Dicẽte
illa Soleo Rñdit. Ecce hoc crimĩale pec
catũ est. qꝛ dolus ⁊ fraus Scd̃o intr̃oga
uit dicẽs. Soletis ne aliqñ mentiẽdo iu
rare vl' peiorare ⁊ aliqñ maledicere emu
lis vestris ⁊ alijs plus vendẽtibꝰ inuide
re Rñdit in his sepe deliqui Et sacerdos
Ista omnia sunt pctã mortalia ⁊ nisi de
his pnĩam egeritis ꝯdignã ꝯdẽnabimĩ
Illa territa in verbis ei⁹ peccasse multi-
plicit̃ se recognouit. ⁊ q̃d de cetero ꝯfite
ri deberet didicit

Feria tercia Palmarum
Sermo. xlij

Go quasi ag
nus mansuet⁹ qui portat̃ ad
victimã. Verba ꝓposita hiere. xj. origi
nalit̃ sunt scp̃ta ⁊ in epl'a hodierna lecti
onaliter lecta Vñ sciẽdum ꝙ xp̃c sepe in
scripturis agnus appellatur ꝓpter mã
suetudinẽ ⁊ innocentiã Nã sic̃ dicit Isid̃
Cetera animalia armauit natura solum
agnũ dimisit inermẽ Non eñ hꝫ cornua
ad vẽtilandũ nec dentes ad mordendũ
nec vngues ad lacerandũ sꝫ mãsuetus ⁊
innocẽs inuenit̃. Eodẽ mõ xp̃c nulli vn-
q̃z nocuit sꝫ omĩbꝰ ꝓfuit Vñ in p̃senti
s̃mone tria sunt dicenda. p̃mo de epl'a
qꝛ hodie nõ legit̃ euangeliũ. scd̃o de. 32.
articulo passiõis xp̃i. 3o de pñia ⁊ satisfa
ctione cũ vno exemplo E Quãtũ
ad p̃mũ sciendũ ꝙ xp̃c i verbis p̃missis
noĩat̃ agn⁹ mãsuetus ⁊ agn⁹ victimat⁹
Agn⁹ s̃m Isid̃. d̃r ab agnosco qꝛ inter in
nũerabiles greges solo balatu matrem
ꝯgnoscit Eodẽ mõ xp̃c d̃r agn⁹ ab agno
scendo qꝛ in cruce exñs agnouit tria ge-
nera ꝑsonaꝝ scꝫ p̃rez ⁊ matrẽ ⁊ suos cru
cifixores Nã p̃rem agnouit aĩaz suã sibi
ꝯmẽdan⁹ di. Pat̃ in man⁹ tuas ꝯmẽdo
spm̃ meũ. In h̃ dat nobis exemplũ vt dũ
ad extrẽa a ꝓpinquam⁹ spm̃ nr̃m de ore
cõmendem⁹. Et h̃ duab⁹ de caus̃ fiendũ
est. p̃mo videlicꝫ vt deus ab insidijs de
monũ spm̃ nr̃m custodiat. Demões eñ
sunt in via ꝑati vt animã recipiant sꝫ aĩa
que est in manu dei nullum debet timere
Joh. x. Non rapiat eos quisq̃z de manu
mea. Scd̃o vt aĩaz nostrã ꝑ angeloꝝ mi
nisteriũ ad celum deducat Exod̃. 23. Ecce
ego mitto angelũ meũ q̃ p̃ce. te ⁊ c. t. in
v. ⁊ introduc. in loc. quem preꝑaui tibi.
Scd̃o agnouit iste agnus matrẽ suaz de
ea spẽalem curã hñdo ⁊ iohãni eam re-
cõmendando qñ dixit Ecce mater tua.
In hoc dat nobis exemplũ vt de ꝑntibꝰ
nostris vsqꝫ ad mortẽ curam ⁊ diligen-
ciã habeã⁹ Petro recõmendauit eccĩaz
Johãni v̄o recõmendauit matrẽ. Nos
igit̃ studeam⁹ vt exẽplo johãnis beatã
v̄ginẽ habeã⁹ in matrẽ si ip̃am volum⁹
h̃re in adiutricẽ. Tercio agn⁹ iste ꝯgno
uit crucifixores suos ꝓ eis orãdo dicẽs.
Luc̃. 23. Pater dimitte illis nõ eñ sciunt
q̃d faciũt F Aliqñ p̃t iniuria irro
gari in ꝯtũelijs verboꝝ ⁊ hec est magna
iniuria. Aliqñ in spoliatõne rerum ⁊ hec
maior. Aliqñ in irrogatiõe supplicõꝝ et
hec ẽ maxĩa. Iste tres iniurie fuer̃t xp̃o
in passiõe irrogate Ipse eñ fuit ꝯtũelijs
lacessitus. vñ d̃r Mat. 27. Pretereũtes
blas. eũ mõ cap. s. ibi vah q̃ de t. Ip̃e fuit
oĩbus rebus expoliatus ⁊ vestibꝰ denu
dat⁹ Ip̃e fuit multis vulneribꝰ sauciat⁹
Isa. 53. Ip̃e eñ vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̃

tates nr̄as. Et xp̄e oīa ista portauit patienter Et qm̄ agn⁹ iste in cruce agnouit pr̄em spiritū suū sibi recōmendendo Agnouit ⁊ matrē de ea spēalem curā hn̄do Agnouit etiā suos crufixores ꝓ eis orādo Jdo in missa ter agn⁹ dei cantat q̄si di. Eccīa Agne qui ꝯgnouisti pr̄em spm̄ tuū in suis manib⁹ recōmēdādo miserere nobis. Agne dei q̄ cognouisti matrē de ea specialem curam hn̄do miserere nobis Agne dei q̄ ꝯgnouisti inimicos tuos ꝓ eis orando ⁊ eos deo patri pacificando dona nobis pacem

Quātuz ad secun

dam ꝑtem illi⁹ s̄mōis scz. ꝙ 32. articul⁹ passiōis xp̄i est. Aceti potatio Post predicta em̄ sciens iesus ꝙ oīa ꝯsumata sūt q̄ lex ⁊ ꝓphete p̄dixerāt vnū adhuc superat qꝛ vicz de eo scriptū est. In siti mea potauerūt me aceto. Ut autē ꝯsumaret scriptura dixit sitio Quē potum sitiebat fons aque salutaris vena vite torrēs voluptatis fluui⁹ irrigans celestē ꝑadisum Sitiebat em̄ nostrā salutē nostrā videlicet sitim sitiēs. i. desiderans vt nos sitiamus fontē viuū. Erat aūt vas positū plenum aceto ⁊ ꝯtinuo accurrēs vn⁹ ex eis accepta spongia īpleuit aceto quē circūponēs ysopo cū harūdine obtulit ori ei⁹ At ipse acetū q̄dē accepit nō vt biberet sz gustauit vt scripturā de se scriptā impleret s̄m augustinū. G Ex B articulo hēm⁹ duo documenta. Primū est vt sūme caueā⁹ ne vinū mirratū vl' fellicū xp̄o offeram⁹ ad bibēdū. qꝛ vt dic̄ Aug⁹ Sic tūc iudei ita hodie mali xp̄iani dāt deo bibendū amaꝝ potū. q̄cunqz em̄ recte credunt ⁊ male viuūt hi xp̄o dant bibere vinū cū mirra ⁊ felle mixtū qꝛ vinuz xp̄iane ꝓfessiōis vel deuotōis miscēt cū mirra ⁊ felle scandalose ꝯuersatōnis in q̄ntū male viuēdo scandalizāt eccīam ⁊ ꝓxīos suos sic̄ illi ꝑuersi homīes q̄ scandalizāt ꝓxīos in morib⁹ verbis ⁊ factis ⁊ tales sunt maledicti a deo. vn̄ Math. .18. Ve homī ꝑ quē fit scandalū ⁊ insuꝑ rei erunt omniū aīaꝝ que sic dānant ꝓpt eoꝝ malū exemplū Vn̄ in decretis Dantes occasionē scandali rei sunt ꝑeunciuz j. q. j. Immo tot mortes incurrūt q̄t homines scādalizauer̄t. vn̄ Greg. in mora. Tot mortib⁹ q̄s dign⁹ est q̄t exempla p̄uitatis in posteros reliquit. Scd̄m documentū qn̄cūqz apponit xp̄ianis cib⁹ insipid⁹ vel potus amar⁹ recogitēt xp̄m felle ⁊ aceto potatū Greg. Si passio xp̄i ad memoriā reducit nihil est tam duruz qd̄ equo aīo nō toleret h

Circa terciaz par

tem illi⁹ s̄mōis scz de pn̄ia ⁊ restitutōne querit quid de lusoribus Rn̄det s̄m wilhelmū Quicūqz ex auaricia ludit peccat mortaliter ⁊ si lucrat tunc lucrat infernū ⁊ si ꝑdit tūc ꝑdit celum ⁊ quidq̄d lucratur hoc debet dari ꝓpter deū cum ꝯsilio sui ꝯfessoris. Et nō p̄t defalcare qd̄ vno die lucrat ⁊ alia die ꝑdit. Similit q̄ recipiūt ꝓpinas ⁊ munuscula a iudeis tenētur illis xp̄ianis restituere a q̄bus isti iudei vsuras receperūt si pn̄t eos scire. Et si nō sciunt tunc debēt dare pauꝑib⁹ nisi ipsi iudei ab ipso vel a ꝑentib⁹ suis p̄us in tantū recepissent de vsura tunc p̄t licite s̄uare sibi ī recōpensā. Itē q̄d de clericis q̄ expendunt patrimoniū xp̄i cū meretricib⁹ vt ꝛ teneant ad restitutōnē Respondet. ꝙ clerici qui ecclesie dant bona meretricib⁹ vel etiā histriōib⁹ vel etiā cō sanguineis nō ꝓpter naturā sustentādā sz vt faciant eos diuites de p̄rionio xp̄i raptores sunt ⁊ tenēt ad restitutōez. Et s̄m Raymū. Fornicarie ⁊ h⁹mōi turpes ꝑsone tenēt ad restitutōez ipsi eccl'ie nisi forte fuerit eis datū cā elemosine ī sūma necessitate qꝛ tūc fuit debitū. diuites v̄o ⁊ potētes q̄ recepert ꝑ fraudes nimias īportunitates a clericis tenēt ad restitutionē ⁊ cū hoc sunt excōicandi Vn̄ d̄r d̄ hoc in decretis Inuadere bona clericoꝝ est inuadere bona eccl'ie ⁊ tales sunt ex

ꝯmunicādi. j. q. 2. Eccl'iaꝝ. Item q̄ reci piunt theloniū ⁊ pedagiū a clericis sunt excōicati nec pn̄t absolui nisi restituant ipsis sacerdotib⁹ a q̄bus recepert̄ Extra de cens. li. 6. Item q̄ ex inuidia īpediuerunt aliquē a ꝯsecutōe alic⁹ muneris vel dati tenent̄ sibi refundere. I Itē q̄rit̄ vtꝝ q̄s teneat̄ statim debita soluere Rn̄det̄ ꝑm sctm̄ Tho. 22. q. 62 ꝙ sic qn̄ t̄min⁹ solutōis aduenit. Nā sic̄ recipere alienā est ꝯtra iusticiā ita ⁊ detinere q̄ꝛ ꝑ ꝙ aliq̄s detinet rem alienā inuito dn̄o impedit eū abusu rei sue ⁊ sic facit ei iniūriam g̃ q̄libet tenet̄ statim restituere vel petere dilationē ab eo cui⁹ ipsa res ē. Et restitutio illa dꝫ fieri isto dn̄o vel suis heredib⁹ Si est restitutio rei occulte tūc debet fieri restitutō ꝑ illū q̄ tenet̄ restituere vel petere dilationē vlteriorē. Sꝫ q̄d de vag[ꝫ] restitutiōib⁹. Rn̄det̄ ꝑm s. Tho. 22. q. 62. Si ille cui dꝫ fieri restitutio sit oīno ignotus debet hō restituere ꝑm ꝙ p̄t scꝫ dando elemosinas ꝓ salute illius siue sit mortu⁹ siue viu⁹ vel ad fabricā ecc̄ie vel alias distribuat̄ in pias causas cum consilio sui ꝯfessoris

Vltīo exemplum

De vsurario q̄ in extremis ꝯfessus est ⁊ vsuras restituit.

Surari⁹ q̄dam incidit in magnā infirmitatē. ⁊ āmonit⁹ ꝑ aīcos ⁊ ꝑ vxorē vt ꝯfiteret̄ ⁊ ꝯicaret Quib⁹ ille. q̄d mihi de ꝯfessione exq̄ ita diu distuli. Cui amici. sꝑ debetis cōfiteri forte de⁹ dabit vobis gr̄am suā. Tandē vocat⁹ ꝯfessor Cui dixit vsurari⁹ Dn̄e libēter ꝯfiterer. sꝫ nimis inuolut⁹ sum peccatis ⁊ vsuris ⁊ nescio qūo euadere possuꝫ Cui ꝯfessor. nolite desꝑare. tm̄modo ꝯfiteamini q̄ꝛ ꝯfessio tante v̄tutis est ꝙ omīa pctā in ꝯfessione dimittunt̄ Tunc ille cepit ꝯfiteri ⁊ dn̄s dedit ei tantam gr̄am ⁊ ꝯtritionē ꝙ vix poterat loqui p̄fletu. ⁊ statim p⁹ ꝯfessionē oēs vsuras restituit iuxta ꝯsilium sui ꝯfessores. ⁊ ꝓ suis peccatis satisfecit.

Feria quarta Palmaꝝ
Sermo. xliij.

Ipse vulneratus est ꝓpter iniq̄tates nr̄as

Ita scribit̄ Isa. 53. origīalit̄ ⁊ in epl'a hodierna transsūptiue ⁊ lectionalit̄ Sic dit Hiero⁹ Isa. nō tantū fuit ꝓphetaꝫ etiā euāgelista. videt̄ em̄ nō tm̄ ꝓphetiā texere d̄ futuro ꝑ ec̄ historiā scribere de p̄terito Vn̄ ip̄am xp̄i passionē plusq̄ꝫ ꝑ q̄ngentos ānos p̄uidens eā sic apte describit ac si eam ꝑsonalit̄ ꝑ spexisset di. Ipse vulnerat⁹ est ꝓpter iniq̄tates nr̄as. Vn̄ in pn̄ti ꝑmōe tria sunt dicenda. p̄mo de epl'a hodierna. scd̄o de. 33. articulo passionis xp̄i. 3o de pn̄ia ⁊ restitutōe cū vno exemplo K Quantū ad p̄mum sciendū ꝙ xp̄c vulnerat⁹ est in capite cuꝫ spinis in manib⁹ ⁊ pedib⁹ cū clauis in latere cū lancea in toto corꝑe cū flagellis. Et notandū ꝙ p̄ncipalia vulnera fuerūt q̄nqꝫ que signate sunt ꝑ q̄nqꝫ ciuitates refugij in terra ꝓmissiōis ad que refugere debēt tentati hinc est ꝙ ista q̄nqꝫ vulnera xp̄i assil'ant̄ foramīb⁹ petre ad que columbe. i. aīe sancte ꝯfugiūt in tentatōnib⁹ suis vt tute sint ꝯtra accipitres infernales. Can̄. 2. Colūba mea veni in foramīb⁹ petre Bern̄. Ibi tutū ꝯfugiētibus refugiū gratum fessis refrigeriuꝫ Scd̄o ponit̄ passiōis vtilitas q̄ꝛ scꝫ passus est ꝓpter iniq̄tates nostras scꝫ ade ⁊ toti⁹ generis hūani exoluendo nobis penam debitā ꝓ eis vn̄ Isa. 53. Posuit in eo iniq̄tates oīm nostꝝ. i. penā ꝓ oībus iniq̄tatib⁹ ade ⁊ toti⁹ generis hūani L hinc est ꝙ pene xp̄i correspondēt iniquitatib⁹ ade. Primo adā sexta feria peccat̄ xp̄c sexta feria crucifix⁹ est. Scd̄o adam ad lignū vetitū manus extendit ⁊ pomū accepit xp̄c man⁹ extendit ⁊ brachia in lignū crucis. 3o adam peccauit q̄ꝛ lignū vite gustare obmisit ⁊ lignū mortificationis p̄elegit. Ecōtra xp̄c lignū viuifica-

tionis ascendit ⁊ fructꝰ vite appꝫhēdit. Quarto adā in meridie peccauit Vñ ds eū post meridiē repꝫhendit. Ecōtra xp̄c ꝓ salute nr̄a in meridie circa horā nonā expirauit. Quīto adā peccauit qꝛ vxorez suaz nō arguit. ⁊ qꝛ eam ꝯtristari noluit deū offendit ⁊ dum irā vxoris cauit deū ad iracundiā ꝯcitauit. Ecōtra xp̄c extensus in cruce irā dei placauit Sexto adam volūtati dei voluntatē vxoris p̄posuit ⁊ xp̄o inobediēs fuit Ecōtra xp̄c ꝑ obedienciā suaz ad mortē scip̄m ꝓpter nos adduxit VII Tercio ponit patiētis caritas cū subdit. Attritus est ꝓpter scelera nr̄a. Vbi notandū ꝙ xp̄c fuit attritus tripliciter Primo diurnis laboribus sic vestimētū atterit q̄tidiano vsu Scdo fuit attritꝰ ꝯtūeliosis v̄bis. 3o fuit attritus durissimis v̄beribꝰ ⁊ hec omīa fecit amor caritatis xp̄i q̄ tantꝰ fuit ꝙ omnē aliū amorē excessit Primo nāqz excessit amorē filialē .i. patris vel mr̄is ad filium Nam nunq̄z aliq̄ mater fuit q̄ tm̄ dilexit filium suū q̄ntū nos xp̄c in sua passione dilexit Isa. 49. Nunq̄d obliuisci p̄t mlr̄ infantē suū ⁊ si illa oblita fuerit ego aūt nō obliuiscar tui. Nunq̄z fuit aliqua mat̄ que filiū suū tm̄ diligeret ⁊ nomē eius in manibꝰ suis faceret scribi vt sic die ac nocte scriptū vel depictū portaret vt semꝑ sui meōria hr̄et. Sz xp̄c portat nos scriptos in manibꝰ nō calamo vel attramēto in ꝑgameno sz loco calami fuerūt durissimi claui. Attramētū fuit sanguis ipsiꝰ p̄ciosus Scriptores ꝑuersi iudei ꝑgamenū caro eius delicata. Scdo excessit amorē inter virū ⁊ vxorē Nam q̄s vnq̄z vxorem suā tm̄ dilexit si ip̄a incurreret lepram ꝙ ipse vulnerari vellet in oībꝰ mēbris vt ip̄a in sanguīe suo balnearetur ⁊ mūdaret. Sed xp̄c sic fecit ꝓeccia sua ⁊ ꝓ aībus nr̄is sustinēs incissuras vulnerꝝ ⁊ faciēs de suo sanguīe lauacrū Ephe. 5. Viri diligite vxores vestras sic ⁊ xp̄c dilexit ecclesiā Tercio excessit amorē q̄ est inter animā ⁊ corpꝰ Anīa em̄ in tantū diligit corpꝰ ꝙ ab eo separi rēnuit ⁊ etiam omēs lesiōes corpis refugit. Anīa autē xp̄i tantū aīas nr̄as dilexit ꝙ a corpe ꝓprio ꝓ salute nostra voluit separi Job. x. Aīam meā pono ꝓ ouibꝰ meis. Sic iꝛ xp̄c hāc caritatē habuit ad nos vt nos sup omīa diligeret Ita ⁊ nos caritatez in ipsuz hūtes eum sup oīa diligamꝰ.

Quātuz ad secun

dam ꝑtem illiꝰ ſmonis sciendū. ꝙ 33. articulꝰ passiōis xp̄i ē expiratio vel mors xp̄i. Cum em̄ dixisset ꝯsumatū est. Tunc iterꝝ clamans voce magna ait. pr̄ in manus tuas ꝯmendo sp̄m meū. Et h̄ dicto inclinato capite emisit sp̄m. Et notandū ꝙ p̄us clamauerat hely hely ⁊ modo clamat In manꝰ tuas vñ dicit Hieroꝰ ꝙ ab illo p̄s. 21. Deꝰ deꝰ meus respice in me vsqz in illū versū. In manꝰ tuas ꝯmē. s. m. sūt psalmi decē ⁊ v̄sus centū q̄nq̄ginta. Xp̄c in cruce dixit illos p̄s ⁊ versus oēs Sed p̄mū sextū ⁊ vltimū versū cū clamore sed intermedios subsilencio. vñ aplꝰ ad Hebre. Qui in diebꝰ carnis sue preces cū clamore valido ⁊ lacrimis offerēs Ex quo patz ꝙ xp̄c tradidit sp̄m clamando orando ⁊ lacrimando. Itē notandū ꝙ eadē hora q̄ p̄mus hō peccauit. scdꝰ hō id ē xp̄c expirauit .i. circa horā nonā Itē eadē hora q̄ p̄mꝰ hō peccādo huic mūdo mortē induxit eadē hora scdꝰ hō mortē moriēdo destruxit. Itē mgr̄ in historijs dicit. ꝙ dyabolꝰ stabat sup̄ brachium crucis donec xp̄c expirauit querēs si q̄d peccati in ip̄o inueniret ⁊ tūc vidēs se ꝯfusum recessit. vñ Job. 14 Venit em̄ p̄nceps mundi huiꝰ ⁊ in me nō hz q̄cq̄z. Item sciendū ꝙ inter omēs passiōs xp̄i ⁊ penas ista pena mortis fuit acerbissima qꝛ inter oīa terribilia terribilissimū est mors. vt patz. 3. ethicoꝝ Et hoc ꝓpt̄ naturalē inclinationē anīe ad corpꝰ.

N Ex hoc articulo hēmꝰ salutare documentū. Qd quilibet xp̄ianꝰ q̄ vult bñ mori debet illa q̄nqz ſuare que christꝰ in

crūce seruauit quando mori ꝓ nobis voluit. Primuz est ꝙ xp̄c pendens in cruce orauit illū psalmū. Deꝰ deus meꝰ. vsqz in manꝰ tuas ꝯmē. spm̄ meū. Sic ⁊ nos cū sumꝰ in anxietate mortis deuote orare debemꝰ si nō possumꝰ ore tñ corde Isid̄ de sūmo bono. Melius est cū silencio orare corde sine sono vocis q̄z solis v̄bis sine intuitu mentis. Et s̄m jordanū valde vtile est orare illos decem. p̄s. q̄s xp̄c in cruce orauit q̄ nullum dubiū q̄n deuotōnis affectū legenti eos ꝯferant salutarez Et dicit ꝙ spēalit̄ valent ad expiationez negligēciaꝝ in horis canonicis negligēter dictis Scd̄o inimicis suis indulsit et ꝓ eis orauit dicens. Pater ignosce illis sic ⁊ nos omībꝰ inimicis nr̄is indulgere debemꝰ ⁊ si nos adhuc plꝰ offendissent vt deꝰ ignoscat nobis omīa petā nostra vnde Augꝰ. Talem indulgenciā q̄dem acceptur⁹ est a deo q̄lem ⁊ ip̄e dedit ꝓximo. vñ Gregꝰ Qui in se peccanti clemēs indulsit nullū peccati vestigiū in eiꝰ anīa remanebit. Zo xp̄c in cruce plorauit hebre. 5. Cū lacrimis exauditꝰ est sic ⁊ nos flere dēmꝰ in agone ꝓ pctīs nostris. vñ Cassio. Dn̄s nescit differre quē ꝯpuncto corde sibi senserit supplicare Ezechie. 18. In q̄cunqz hora peccator ingemuerit. Quarto xp̄c in cruce clamauit sic ꝙ terra tremuit ⁊ petre scisse sunt ⁊ sol obscuratus est sic ⁊ nos in agone clamare dēmꝰ Et iste clamor nō debet fieri ore sz corde qr iste clamor quē deꝰ requirit in agone homīs nihil alid̄ est q̄z desideriū cordis quod debemꝰ habere ꝓ deo ⁊ ꝓ eternis gaudijs Unde dicit̄ in decretis. Affectꝰ cordis est clamor coram deo dis. 38. Vñ in agone abstinere nos debemꝰ ab omībus temꝑalibꝰ rebus ⁊ eleuare mentem nostram ad deum ⁊ ad celestia vt vnus quisqz nostrum possit dicere cum aplo Cupio dissolui ⁊ esse cū christo Quinto deo patri spiritū ꝯmendauit ⁊ sic̄ spiritū suum tradidit sic ⁊ nos in agone mortis debemꝰ ꝯmittere aīmas nostras ipsi d̄o omnipotenti qui est ꝓtector omniū sperantium in se Et sic in humilitate cordis reddere debemus anīas nostras ipsi d̄o qui est creator ⁊ redemptor animaꝝ nostrarum. vnde laudabile est habere crucifixum circa infirmū vt ꝑ visum admoneatur ad meditandū passionem xp̄i ⁊ sic̄ ipse mortuus est in cruce sic et ipse velit mori ⁊ illa q̄nqz in se habere que christꝰ habuit dum in cruce mori voluit

D

Quantū ad terciā

ꝑtem illius s̄monis scilicz de restitutōe tunc sicut iam in p̄cedentibus s̄monibꝰ dictum est de restitutionibꝰ rerum temporaliū sic in tercia parte illius s̄monis dicendū est. Primo de restitutione fame Pro quo sciendum ꝙ detractio magis ꝯmuniter ꝯmittitur tribus modis. Primo cum quis occultum crimen ꝓximi manifestat eum infamādo talis mortaliter peccat vñ Chrisostomꝰ. Sic̄ ē mortale peccatū innocenti falsum crimen imponere sic verum crimen occultum alijs reuelare Et talis s̄m sāctū Thomā. tenetur ꝓximo suo famam restituere quātū potest sine tamen mendatio vt ꝙ dicat se male dixisse vel ꝙ iniuste eum damnificauerit vel alio tali ꝯgruo modo ⁊ si nō potest famā sibi restituere debet sibi illd̄ damnū aliter recōpensare ꝓut pōt sine tñ mendatio īmo in tali casu nō est mētiendū. Scd̄o audita mala de ꝓximis cuz augmento referre alijs ⁊ hoc est grauiꝰ ⁊ tenet̄ restituere famam ꝓximi. Tercio detractio fit cum quis crimina falsa imponit ꝓximo ⁊ hoc ē grauissimū inter peccata detractionū ⁊ talis tenet̄ plene omnia verba detractoria scienter ⁊ mendaciter prolata reuocare dicendo se esse mentitum coram omnibꝰ illis quibꝰ dixit illa verba infamatoria si vult remissionem peccatoꝝ suoꝝ ꝯsequi Hieronimꝰ. Non facilis venia praua dixisse de rect̄ s̄m sanctū Thomā. 22. q. 62. Tenetur q̄s

ad restitutōz fame sic̄ tenet̄ ad restitutō
nē cuiuslibet rei subtracte Item ꝯtingit
qñqz infamare ꝓxim negando verꝫ cri-
men sibi impositū qꝛ ipm q̄ sibi crimē im
posuit ostēdit in hoc mendacē ⁊ notat
eū de ꝯtūelia id est de falsi crimis imposi
tione. Vñ de illo dicit Scotꝰ ꝙ ille sic ne
gans nō tenet̄ in publico se ꝯfiteri reum
non dum ꝯuictus tenet̄ tñ ꝑ quedā v̄ba
sobria restituere famā illi accusanti vt di
cendo nō habeatis eum ꝓ calūniatore
qꝛ credo ꝙ habeat intentōnē bonā ꝓpo
nēdo vel forte credidit se ꝓposse ꝓbare
intentū suum et deceptꝰ est. Itē scien
dum ꝙ si quis occultū crimen ꝓximi pu
blicaret bona intentōne vt corrigeret̄ ⁊
emendaret̄ hoc esset licitū ⁊ meritorium
Vñ d̄r in decretis. Crimen publicare re-
ꝓboꝝ est meritoriū .ꝛꝛ.q.5. hoc videtur
P Secūdo querit̄ hic quomō homi
cida ⁊ mutilator restituat: Rñdit scotꝰ
in.4.dis.j5. Expedit vt homicida vitam
suam exponat ꝓ vtilitate ecclesie in salu
tem occisoꝝ si nō vult oꝑtet p̄mo vt eq̄-
ualens ꝓposse restituat. Scd̄o si occisus
habuit ꝑentes vxorem pueros quos cū
laboribꝰ suis nutriuit homicida tenetur
illis ad tantā restitutiōz q̄ntum abstulit
Similit̄ ꝓ mutilatione tenet̄ in expensis
expositis in curatōe Similiter si nutriuis
set vxorem pueros ꝑentes oībus talibꝰ
tenet̄ ꝓuidere necessaria iuxta posse. Et
etiā Scotꝰ dicit Plus ponderāda ē mu
tilatio pauꝑis q̄z diuitis qꝛ magis eget
ꝑte abscisa ꝓ se aut ꝓ suis. Hec ille.
Q Tercio querit̄ de illo qui dānifica
uit ꝓximos in bonis anime Respondet
Scotꝰ sup.4.dis.j5. Inducens aliquem
ad actꝰ viciosos tenet̄ mō si possibili re
stituere damnum scz inducendo eū effica
citer ad penitentiā ⁊ virtutes ꝑ se vel ꝑ
alium orōnibus etiā ꝓprijs aut alienis
Et quia difficiliꝰ est ꝯuertere q̄z auertere
⁊ difficilimū est voluntatē ꝑuersam redu
cere ḡ maluz est aliū ꝑuertere Ratio etiā
iam dicta est qꝛ bonū virtutis ⁊ volūta
tis maximū est. vt Augꝰ dit li.j.retracti
onū. Ergo eiꝰ p̄uatio maxime damnosa
est Et addit Scotꝰ ꝙ ad vicia inducitur
quis nouem modis Iussio. ꝯsilium. con
sensus. palpo ꝛc̄. R Item dicit
Scotus. Si quis aliquē dispositū ad re-
ligionē retraxit ne intraret ⁊ si hoc fecit
intentione damnificādi religionē illam
tunc tenet̄ ad equalē restitutionē scz ad
inductionē alteriꝰ aut aliqualiter equa-
lentis ad ingressū illiꝰ religionis Et etiā
tenet̄ ꝑsone q̄z retraxit ꝑsuad̄re ad equi
ualentiā. si aūt retraxit eum intentōe cō-
sulendi ꝓprie vtilitati nō tenet̄ religioni

Vltimo exēplum

Quomodo demones impediunt ꝯfessi-
onem ⁊ restitutionem.

Eremite cuidam quadam vice
occurrebāt tres demones quos
interrogauit quomodo vocarē
tur. Primus dixit ego vocor claudens
cor. ⁊ hoc facio quando aliquis audito
s̄mone vellet conteri. tunc claudo ei cor
ꝙ suspirare non potest. Alter dixit ego
vocor claudens os. ⁊ hoc facio quādo
aliquis vult confiteri ⁊ dominiū nostrū
euadere. tunc ego claudo ei os ꝙ ꝯfiteri
non potest. Terciꝰ dixit. ego vocor clau
dens bursam ꝙ quis iniustas res restitu
ere non potest nec de iustis bonis elemo
sinam facere. ⁊ ita vniti sumus ꝙ vnus
iuuat alterum inquātum potest

Feria Quinta Palmaꝝ
Sermo. xliiij.

Dominus ie
sus qua nocte tradebat̄ ac
cepit panē ⁊ gratias agens fregit ⁊ dix
it. Accipite ⁊ manducate hoc est corpꝰ
meū qd̄ ꝓ vobis tradetur. Ita scribitur
p̄ma Coꝝ.xj. originaliter ⁊ in hodierna
epl̄a transsumptiue ⁊ lectionaliter Dñs

noster iesus xp̄c vidēs ꝙ appropinq̄ret
temp⁹ sue passionis in quo discipl'os su
os q̄s dilexerat relinq̄re d̄bebat ī medio
ꝑsecutoꝝ hodierna die voluit eos ꝯfor
tare ne ꝓsternerent purificare ne coinq̄
narent informare ne seducerent p̄mo fe
cit corp⁹ suum in cibū. ⁊ sanguinē suū in
potum dando. scd̄m pedes lauādo. 3m
ꝑmonē faciendo que tria hodie solēnit
rep̄sentat ecclesia in epl'a hodierna. Vñ
in p̄senti ꝑmone tria sunt dicenda. p̄mo
quomō iesus xp̄c sit in hoc sacramento
Scd̄o quō debet se quis ꝓbare q̄ vult B.
sacro tempe ꝯmunicare. 3o exemplum.
S Quantū ad p̄mū querit q̄liter xp̄c
sit in hoc sacramento. Rñdit Tho. sup
4. dis. jo. Ipse xp̄c qui est de v̄gine nat⁹
⁊ ꝓ nobis in cruce pass⁹ in hoc sacramē
to ꝯtinetur. Item sciendū ꝙ idē xp̄c
qui est sub specie panis in hostia etiā est
sub specie vini in calice īmissa sacerdot
⁊ in hoc aliqui simplices errant q̄ ex qua
dā simplicitate credunt ꝙ sub spē panis
sit solum corp⁹ xp̄i ⁊ sub specie vini in ca
lice sit solum sanguis xp̄i. B tñ nō est ve
rum qꝛ quilibet xp̄ian⁹ tenet credere ꝑm
sanctū Tho. de aq̄no. ꝙ ꝓpter naturalē
ꝯcomitanciam sub vtraqꝫ spē panis ⁊
vini est tot⁹ xp̄c scꝫ ꝑm corp⁹ ⁊ animā ⁊
diuinitatē. Item aliq̄ simplices credunt
ꝙ hoc vinū qd̄ datur eis bibere ex calice
sit sanguis xp̄i tempe ꝯionis hoc tñ nō
est verꝫ sed est vinū nō ꝯsecratū qꝛ laicis
datur sacramentū solūmodo sub specie
panis ꝓpter ꝑiculum effusiōis sanguis
xp̄i Attamē quilibet credere tenet ꝙ ipsi
laici sumūt eundē iesum xp̄m veracit et
totaliter sub vna specie sicut sacerdos in
missa sub vtraqꝫ specie. vñ sanct⁹ Tho.
sup 4. dis. jo. Qui cōmunicat corpi cō
municat ⁊ sanguini cum sub vtraqꝫ spē
xp̄c totus ꝯtinetur. T Sciendū
ꝙ in hoc sacramēto sunt aliqua difficilia
⁊ mirabilia. Primū est ꝙ panis ⁊ vinum
virtute quorundā verboꝝ transsubstan
tiatur in verum corp⁹ ⁊ sanguinem xp̄i
sed hoc est quia illa verba ōpantur vir
tute dei. Nam deo omnia sunt possibilia
qd̄ ptꝫ in hoc quia in p̄ncipio formauit
de⁹ adam de limo terre ⁊ euam de costa
ade Insup in assumpta humanitate. vt
habet Job. 2. In nuptijs mutauit aquā
in rubeū vinum. sic canit Aque rubescūt
ydrie. Scd̄m mirabile ꝙ vnum ⁊ idē cor
pus est simul in diuersis locis ⁊ altarib⁹
Cui⁹ exemplū est quia vna ⁊ eadem vox
simul est in diuersis aurib⁹ audiencium.
Tercium est ꝙ xp̄c tam magnus sicut in
cruce pependit est sub ꝑua specie passio
nis hui⁹ exemplū habem⁹ in pupillo ocl'i
vbi videm⁹ ꝙ vn⁹ mons totus vel tota
turris quātumcunqꝫ magna in modico
ocl'o ꝑm figuram ei⁹ se recolit ⁊ figurat
Et tamen ocul⁹ est quasi punct⁹ respectu
turris. Si ergo ista facit natura nōne d̄s
plus nature potest. Quartū est ꝙ q̄tidie
manducat ⁊ tamē non minuitur cui⁹ ha
bet exemplum quia cum de vno lumine
mille lumina accendunt nihil tamen sibi
deperdit. Quintū est ꝙ totum corp⁹ xp̄i
tam integraliter est tam in ꝑua hostia si
cut in magna ymo in qualibet particula
hostie. Vnde dicit in decretis In q̄libet
ꝑte hostie tot⁹ ⁊ integer est xp̄c. de ꝯse
cratiōe dis. 2. Cui⁹ exemplū ē quia fracto
speculo in qualibet particula tota ima
go est que prius apparebat in toto. Ex
iam dictis patet ꝙ vn⁹ potest simul reci
pere plures hostias quādo ē m'ltitudo
hostiaꝝ ⁊ ecōuerso quādo est defectus
hostiaꝝ tunc diuisa hostia in ꝑtes pl'es
ꝯmunicare p̄t plures cū eadem hostia.
Item sciendū ꝙ in sacramēto eucaristie
videtur panis tangitur panis gustatur
panis non est tamē ibi panis sꝫ solūmō
species panis. Simile est de specie vini
in calice Vnde dicit in decretis In euca
ristia aliud videt scꝫ spēs panis ⁊ vini ⁊
aliud creditur videlicꝫ verū corpus xp̄i
⁊ sāguis. Extra de cele. missaꝝ Cū mar.

Quātuꝫ ad secun

dam ptem illius ſmonis vbi ap'l's dicit in epl'a hodierna ꝓbet autez ſe homo ⁊ ſic de pane illo e. ⁊ de. Iſta autē ꝓbatio attendit in ſeptem ꝓpꝛietatib⁹ ipſi⁹ hoſtie quas quilibet debet in ſe habere qui vult digne ꝯmunicare V Prima ꝓpꝛietas eſt q̄ eſt alba ⁊ ſignificat mundiciam coꝛdis ⁊ opis Nam qui vult cōmunicare debz caſt⁹ eſſe añ acceſſum ſacramēti ⁊ etiā p⁹ ꝯionē vnde laudabile eſt q̄ ob reuerentiā ſacri ꝯugati ꝯtinentē viuāt in .40. vñ in capite ieiunij legitur illud Iobel'.2. Egredietſponſ⁹ de cubili ſuo ⁊ ſponſa de thalamo ſuo Vnde dicitur etiam in decretis. Coniuges contineant tpe q̄drageſime .xx.q.4. Qui autē Et ſi nō abſtineāt p totā q̄drageſimā tñ ad min⁹ p ſeptē dies ante ꝯionē filꝛ p⁹ abſtinendū eſt: Et iā dicta ſunt de ꝯſilio ⁊ nō de p̄cepto. Et q̄ luxurioſ⁹ nō ſit dignus recipe ſacramentū oſtendit .2. Re.6. Vbi oza a deo pcuſſ⁹ eſt q̄ arcam dei ſuis manib⁹ tetigit Et aſſignāt iudei rōnē q̄ nocte p̄cedente iacuerat cū vxore propꝛia. Si ille q̄ tetigit arcaz ligneā pcuſſ⁹ eſt qua pcuſſione digni q̄ ſcienter nō ſolum tangūt ſed recipiūt ⁊ ſumūt carnez xp̄i veram. Si ille q̄ tetigit arcam vt juuaret ne pateret ruinā pcuſſ⁹ eſt q̄ pcuſſione dign⁹ eſt ille q̄ iuuat coꝛp⁹ xp̄i ad pficiendū ipm in latrinā .i. in ꝯſciaz īmūdā Ergo xp̄c vult hꝛe coꝛ mundū in q̄ ſuſcipitur q̄ ſplendoꝛ lucis eterne ⁊ ſpeculuz ſine macula nō vult habitare niſi in mente pura Sap̄:7. In aīas ſanctas ſe tranſfert Lañ.2. Qui paſcit̄ inter lilia ⁊ inter coꝛda pura. Scōa ꝓpꝛietas q̄ eſt qua ⁊ repꝛeſentat humilitatē q̄ cum humilitate ⁊ timoꝛe ⁊ reuerencia accedendum eſt ad hoc ſacramentū ⁊ ad hoc incitāt nos diuerſa exēpla ſacre ſcripture. Nam beat⁹ Johānes baptiſta in vtero matꝛ ſanctificat⁹ a puericia in beremo ꝯuerſatus inuitat⁹ a domino vt eū baptizaret timuit tangere verticē dñi. Vnde canit eccleſia baptiſta ꝯtremuit ⁊ nō audiuit ſcz. o vbū. ſed quāto magis nos timere debem⁹ cū vez coꝛp⁹ chriſti ſumim⁹ ex quo Johānes in tantū timuit verticem dñi tangere qui tante ſanctitatis fuit q̄ chriſt⁹ de eo in euāgelio teſtimoniū ꝓbi bet dicēs. Inter natos mulieꝛ Item betus VMarc⁹ ſibi abſcidit policē vt ineptus eſſet ſacerdocio tantū eñ reuerebat coꝛpis xp̄i conſecrationē. item VMat b.8. Xp̄c dixit cēturioni Ego veniam ⁊ curabo eum. Rñdit Lenturio. Domine non ſum dign⁹ ꝛc̄. Aug⁹ In hoc q̄ dixit Nō ſum dign⁹ fecit ſe dignū. Sic q̄libet cum vera humilitate ⁊ reuerencia debet accedere ad hoc ſacramētū cogitando ſic O de⁹ ad illud ſacramentū venerabile non ſufficerēt mille anni ad pꝛeparationē ꝯdignam q̄nto magis ego miſer ⁊ indign⁹ q̄ quotidie pecco ⁊ ero impꝛepar⁹ accedo Quāuis eñ non ſum dign⁹ ſum tñ bene neceſſari⁹ hac ſalubꝛi medicina. vñ Ambroſi⁹. Qui vuln⁹ habz medicinā req̄rat Vuln⁹ eſt q̄ ſub peccato ſum⁹ medicina eſt celeſte ⁊ venerabile ſacramētum Tercia ꝓpꝛietas eſt. q̄ hoſtia debet eſſe de grano tritici. triticū eñ eſt dulce. Sic hō volēs digne ꝯicare debz habere coꝛ dulce ad oēs homies ⁊ nullā amaritudinem ꝯtra aliquē cui malū veller fieri. Et inſup in tali ꝓpoſito ſtare dz etiā ſi grauius eū offendiſſet etiā indulgere vellet vt ſibi deus ſua peccata indulgeret Quarta ꝓpꝛietas eſt q̄ nō eſt ſpiſſa ⁊ repꝛeſentat q̄ homo volens ꝯicare dz eſſe moderat⁹ in ꝯmedendo bibendo añ et poſt ꝯionem. Vnde hic querit̄ q̄re hoc ſacramētū xp̄c inſtituit poſt cenā ⁊ nos poſt diſcipulos ſuos ieiuni cōicamus. Rñdetur ſm Johannē geminia. q̄ xp̄c hoc fecit q̄ nō decebat nouū paſcha ⁊ ſacramentū inſtituere niſi pꝛi⁹ veteri celebꝛato ⁊ termīato. Vnde poſt eſum agni tipici facta eſt ꝯgruēt inſtitutio huius noui ſacramēti Sed eccleſia a ſpūſancto edocta ꝓpter reuerēciam ſacramēti inſtituit q̄ a ieiunis ſumat vt ſcz null⁹ alis cibus intret in os ante iſtum. Sicut etiā in vtero virginis ⁊ matris null⁹ fuit cōceptus ⁊ in ſepulcro nullus fuit poſitus Sed ab hac regula excludūtur infirmi q̄

stant ꝓicandi sunt etiã pꝰ cibũ si de eoꝝ piculo timeꝫ ne sine ꝓione discedant qꝝ necessitas nõ hꝫ legẽ. vt bẽ ꝰ ꝓse. dis. 2. pbit. Quinta ꝓpries q est rotunda ꝛ opatõnẽ bonoꝝ opeꝝ repũtat Nã quot bona opa qs facit. oꝛãdo vigilando jeiunando pegrinãdo clemosinã dando tot fercla xp̃o ꝓpat ꝛ ꝓpinat Hreꝰ Amoꝛ dei nũqꝫ est ociosꝰ. Opaꝫ eñ magna si ẽ si vo opari renuit amoꝛ nõ ẽ. Et p̃cipue cũ bõ ꝓicat dꝫ esse piꝰ ꝛ clemosinariꝰ in digẽtibꝰ. Si eñ xp̃c cibat nos de carne sua ꝛ sanguĩe multo magis dẽmꝰ alios cibare ꝰ cibo q est extra nos. Uñ ipse dit Osee. 4. Uĩaz volo ꝛ nõ sacrificiũ qꝫ ñ placz ei sacrificiũ sine opibꝰ mie. Sexta ꝓpetas q hostia nihil hꝫ de sale Sal sitire facit sic ꝛ si qs sentit ĩ se extinctã siti ꝛ paliũ reꝝ mediãte gr̃a dei tũc nõ hꝫ de sale. vñ Johã. 4. Si qs bibcrit ex aq̃ qꝫ ego do nõ sitit ãplꝰ vñ etiã Lrik. Non ẽ sup terrã q viuet q donũ dei in vitate gustauerit. Nã ß est sacr̃m vnit q vnimur ꝛ incoꝛpamꝫ xp̃o sic mẽbra capiti qꝫ dũ cibum istum sumimus nõ ipe in nos sed nos in ipm trãsformamur ꝛ incoꝛpamur Unde vox de celo dixit sancto Augustino. Non tu me mutabis in te sed tu mutaberis in me. Uñ cũ actuali deuotõe ꝛ desiderio dꝫ se qs disponere ad ß sacr̃m pcipiendũ vñ Bern̄. Qualẽ te p̃paueris deo talẽ nẽe occurrit tibi ꝰs. Septia ꝓpes ẽ q hostia hꝫ ꝓiter imaginẽ crucꝭ vel nomẽ xp̃i ꝛ repũtat nobis meõriam passiõis xp̃i qꝫ cũ sine fide passiõis xp̃i nũqꝫ potuit esse salꝰ Jõ optuit omĩ tpe apꝰ homies esse aliqꝰ repũtatiuũ dñice passiõis. Uñ in veteri testa. fuit agnꝰ paschalis p̃figura passiõis xp̃i fuꝛe ĩ nouo testa. ß sacr̃m est remeõratio passiõis p̃ cedẽtꝭ. Pro q scienꝰ q hẽmꝰ trix meõria le dñice passiõis vnũ est in visu ſ. passio xp̃i depicta. Et istꝰ dꝫ mouere affectum nr̃m multũ. scõm est in auditu scz passio xp̃i audita siue p̃dicata ꝛ id dꝫ mouere magis. ʒm est in gustu scz passio xp̃i in ß sacro veraciꝛ ꝛ tã singl'arit exp̃ssa ꝛ istꝰ mouere dꝫ maxie. vñ ex q passiõez xp̃i ß sacr̃m cõmeõrat dẽmꝰ accedere ad ipm nõ cũ risu sz cũ fletu nõ cũ dissolutõe sed cũ multa deuotiõe ꝛ cũ meõria passiõis xp̃i Lu. 22. ß faci. in me. ꝓmeõra. vtile nã qꝫ est ꝛ laudabile venerariꝰ venerabile sacr̃m ꝛ xp̃i passionẽ

Pater per tale exemplũ De milite q singulis diebꝰ oꝛauit quinqꝫ pater noster.

* Jles q̃dã apꝰ impatoꝛẽ a multꝭ accusatꝰ ẽ q p̃ trã eiꝰ spoliãdo ꝺuastarz Qui tanꝰ captꝰ p̃m p̃ceptũ ipatoris patibulo ẽ suspẽsꝰ. Postea scz die 30 miles aliꝰ p̃teriẽs cũ suo cũ vidisset illũ pendentẽ ꝺolult pulcritudĩ eiꝰ eo q vir pulcer fuit ꝛ nobil'. Ad qs iste ꝰ patibl'o clamauit. Deponite me adhuc eñ viuo. Illis estimãtibꝰ q fãtasma esset pendẽs in patibulo sbiũxit Nolite timere. ego de gr̃a ie su xp̃i ꝛ adiutoꝛio vginis marie adhc viuo Qui depositꝰ ꝛ ad ciuitẽ ductꝰ factꝰ ẽ magnꝰ ꝓcursꝰ ppl'i ad videndũ tã grãde miraculũ Et miles iste iussit vocare sacerꝺotẽ cũ sacro. ꝛ cũ magna ꝓritõe ꝓfessus est. Et sacerdos petiuit ab eo vt fateret ad honoꝛẽ ꝺi ꝛ edificatõez ppl'i q̃d illã gr̃az a deo meruisset q p triduũ viuꝰ in patibl'o sic pepẽdisset ꝛ ait. Paruũ ob sequiũ deo ego pctoꝛ ĩpendi ꝓpt̃ qꝺ misertꝰ est mei ꝺs. Nã singul'ꝺiebꝰ p oibꝰ negocijs ꝛ ãteqꝫ qcqꝫ ꝓmederẽ ꝓsueui dicere q̃nqꝫ pr̃ nr̃ ꝛ q̃nqꝫ aue maria Tria pr̃ nr̃ ad honoꝛẽ passiõis xp̃i ꝛ q̃nqꝫ vulnerꝫ cũ totidẽ venijs ꝛ aue maria. q̃rtuꝫ obtuli deo ꝛ angelo cui ꝓmissꝰ sum. ꝛ q̃n tũ cũ venia obtuli coꝛpi xp̃i qꝺ singulis diebꝰ p vniuersũ mundũ ꝓficit q̃tinꝰ in fine vite mee tãto mererer viatico ꝓicari. Qꝺ ꝛ dñs nr̃ ex sua mia mihi p̃stitit. ꝛ moꝛi nõ debeo añqꝫ sacr̃m pcipiã Rogo vos ꝓpter deũ vt ꝓicetis me. Et sic ꝓmunicatꝰ moꝛ migrauit ad dñm. ꝛ in cemiterio sepultus est.

In die parasceues. Sermo. 45.
De memoria passiōis xp̄i.

pat Et ꝙ oīa faciūt vt videant ab hoīb⁹ quo ad supbiam Math..xxij. Et quod sub obtentu longe orōnis domos deuorant viduarū quo ad auariciam ibidem. Et qđ penetrant domos ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas peccat| que ducūt varijs desiderijs q̄ ad carnis ꝯcupiscentiā.2.ad Thymo.3. Vt pseudo ꝓphetā illudunt dicētes Prophetiza nobis q̄s est q̄ te ꝑcussit cū mala secreta q̄bus dñm ꝑcutiunt. hūc videre non credūt vel nō attendūt Sicut ⁊ illi putabāt dñm falsum ꝓphetā. occulta nescientē nec suos ꝑcussores agnoscentē. Quib⁹ ait dñs Sciāt omēs ecclesie qꝛ sum scrutans renes ⁊ corda Apoc.2. Caput venerandū arundine ꝑcutiunt qui vacua ⁊ ociosa vita capt xp̄i. qđ ſm apl'm de⁹ est offendūt nihil de xp̄i dīnitate dignū meditando Sꝫ in sua inertia solis carnalibus inherendo cū tñ ad eos p̄ncipalit̄ dictū est in sensu sit tibi cogitatus dei ⁊ omnis narratio tua in preceptis altissimi Eccle.9. Ipsi deniqꝫ labores ppl'oꝝ in ocio possidēt vt custodiant iustificationes dñi ⁊ legem ei⁹ adq̄rent. Irrident quoqꝫ dñm in aliena veste alba et purpurea ac ceteris sacramētalib⁹ ac pōtificalib⁹ in diminutis q̄ sacris vestibus ad memoriā eoꝝ que in xp̄o facta sūt institut| vtūtur. maxīe in sacrificio altaris ⁊ tamē passionū ⁊ illusionū xp̄i. nec meditationē ꝑ intellectū nec recordationē ꝑ memoriā nec ꝯpassionē hñt ꝑ affectū ꝑferunt em̄ tales signa vacua ⁊ velut ioculator solam exteriorē p̄ferūt appentiā omī neglecta interiori correspōdētia veritatis. Quib⁹ recte ꝑ ꝓphetā ꝯminat. Maledictus q̄ facit opus dñi negligenter Hiere.48. Negligenter sine dubio facit opus dñi q̄ solis exterioribꝰ ꝯtentus ceremonijs deū q̄ spūs est ⁊ quē in spū ⁊ veritate adorare oꝑtꝫ. int⁹ nō cogitat ꝯuersus ad alia mente vana de quoꝝ sacrificijs Eccl'.34. dicit immolātis ex iniquo oblatio est maculata ⁊ nō sūt beneplacite subsannatōnes iniustoꝝ Illi aūt vini dulcis potū aceto felleqꝫ amaricant qui sacrificia sua orōnes. diuina officia ⁊ generaliter opa bona symoniacis aut ꝑuersis intentionib⁹ facinorosis cogitatiōibus sponte tamē assumptis tpe frigido indeuotōis gradib⁹ ⁊ odijs quasi aceto ⁊ felle ꝯmiscēt amarissimo Non attendētes. qꝛ minus est iusta facere nisi etiā fiant quō faciunt iusti. Iuste inquit scriptura qđ iustum est exequeris De quib⁹ vere ꝯquerit ꝑ ꝓphetā Dederunt in escā meā fel ⁊ in siti mea potauerūt me aceto. Sitit dñs ac esurit iusticiā ⁊ salutē nostrā quē cibamus ⁊ potam⁹ dum iusta ac bona opera q̄bus ad salutem disponimur exhibem⁹. me⁹ cib⁹ est inq̄t vt faciā voluntatē patris q̄ misit me. hec autē voluntas est patris mei vt om̄e qđ dedit mihi nō ꝑdam. Libū ergo hunc ⁊ potū amaricam⁹ dū h⁹ mōi opa de genere bona admixtis criminib⁹ viciamus. Cū latronib⁹ xp̄m deputāt q̄cunqꝫ indigne eucaristiā sumunt homicida est ⁊ latro quisquis mortali crimīe suijpsi⁹ aīam dānationis iugulat ferro. Qui ergo in mortali ad altaris sacrificiū accedit q̄d aliud facit nisi sibijpsi latroni xp̄m sociat. Sed q̄d ait dñs Existimasti inq̄t inique ꝙ ero tui similis. arguaꝫ te ⁊ statuam ꝯtra faciē tuā. Immo nō solum tales latroni dñm maiestat| sociāt. sed etiā crucifigūt. sanguinē fundūt ⁊ occidunt apl'o teste .j. Loꝝ.xj. Qui manducauerit hunc panē ⁊ calicem dñi biberit indigne re⁹ erit corpis ⁊ sanguīs dñi. De quo qm̄ pridie latius audistis cū eādem exposuissē auctoritatē. ideo nūc rescindo. Veꝝ ⁊ in hoc toto xp̄m corpore cruci ꝯfigunt. dum illum quasi palo affigentes suspendūt. nec ad se aditum cōcedunt pulsanti claudūt nullū ei in corde suo locuꝫ preparant ꝓpter multitudinē carnalitatū aut supfluarū temꝑaliū rerū solicitudinē quasi nō deo dicati sed negocijs essent publicis deputati. Cōtra q̄s

aplus. Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹. 2. ad Thymo. 3. Coopantur p̄dictis seculares q̄ p Job designant Nam ex ipsis sunt etiā q̄ velāt oclos dñi ⁊ q̄ ꝯspuūt in os xp̄i caput ⁊ faciem ꝑcutiūt cū herode petētes miracula spernūt. Sūme potestatis man⁹ cōfigunt pendentē in cruce blasphemant dñm ⁊ illudūt. Quicūqz etenim gr̄am diuine ꝯgnitōis a se abscondūt nolētes ītelligere vt benefaciāt affectātes ignorare diuinā legem ne ꝯscīa peccati redarguat. tardi ad salubria audienda ⁊ intelligenda. curiosi ad fabulas ⁊ inania. hi sibijpsis oculos dñi velant q̄ putant sua peccata a dño ignorari ⁊ ip̄m q̄si hoīem sola exteriora videre. cum tñ scriptū sit. hō videt in facie. deus aūt intuet cor. j. Regū. j6. Conspuūt in os dñi q̄ v̄bo dei de ore p̄dicatoris audito vel scriptu re detrahūt p sinistras interp̄tatiōes cōuicia vel ioculares irrisiones. Os em̄ dñi vel scriptura vel p̄dicator rectissime intelligitur p que vniuersa sua nobis iudicia ⁊ bñplacita dñs insinuat ac cunctoꝝ questionib⁹ satisfacit. vt tangit Grego. 23. moral. §. 54. Item oēs qui in cantationib⁹ ac sup̄stitōib⁹ quedā inq̄rūt occulta plus tenebris q̄z luci credētes atqz p hoc scripture sacre auctoritatē vilipēdētes. ꝯtra quos dicit dñs. Ve q̄ ambulatis vt descendatis in egyptū ⁊ os meuz nō interrogatis Esa. xxx. Caput vero ⁊ faciem xp̄i ꝑcutiūt q̄cūqz vicarijs xp̄i supioribꝰ nr̄is q̄ nobis sunt velut caput in terris Nam p̄latū ꝓ deo habē⁹ in t̄ris dicit Bern̄. de dispē. ⁊ p̄ce. Sz ⁊ scriptura deos noīat sacerdotes ppl̄i Exo. xxij Qui inq̄z talib⁹ obloquūtur detrahūt ⁊ ꝑ publicā ꝯtumeliaz. sicut Paul⁹ loq̄tur in faciē cedūt. hi capt xp̄i ⁊ faciē cedūt que omīa tanq̄z sibi illata dñs iudicabit ipso dicente. dijs ne detrahas ⁊ p̄ncipi populi mei nō maledices. ⁊ Luc. x. Qui vos spnit me spernit. vt allegatū est sup̄

Cū herode miraculū petunt ac dñm spernunt q̄bus non sufficit ad vite emendationē doctrina verbi dei. sed quasi increduli deo si viderent miracula sic olim si ex mortuis aliquis resurgēs alteri⁹ statum vite nunciaret tūc se vellent vt aiūt emendare. imitantes in hoc ⁊ herodem ⁊ diuitem epulonē. q̄bus dicit a domīo. Si moysen ⁊ ꝓphetas nō audiūt neqz si q̄s ex mortuis resurgeret credent Lu. j6. Manus deniqz diuine potētie sursum ꝯfigunt. q̄ potestatē dñi restringūt nō attribuentes ordinationi dei tam ꝓspera q̄z aduersa que hic ꝯtingunt omīa sed vel casui ⁊ fortune aut humane industrie vel malicie ascribētes. in celis tātū illum potentē estimant nō super terram. Dicentes cū reprobis Circa cardines celi ambulat ⁊ nostra nō considerat. q̄bus dicit Eccl. 2. Ne dicas coram angelo nō est ꝓuidentia ne forte irat⁹ deus sup sermone tuo dissipet cuncta opa manuum tuaꝝ Pendentē etiā in cruce dñm blasphemant et illudūt qui amarissimā dei passionem labores vulnera ⁊ sanguinez nobis sūme necessariā misericordissime impensam ꝑuipendūt cum risu ac leuitate ꝑtractant ⁊ se mutuo passione domī titillantes in ꝓuerbiū diuine sapīe facta vertunt. Sicut q̄dam aiunt ore blasphemo ⁊ ludente quesiuit dñs verbera ⁊ obtinuit in abūdātia. Alij ingratissimi potuit q̄dem dicunt nos aliter sine passiōe de⁹ redimere cur nō sic egit ⁊ similia Cōtra quos p psalmistā ꝯquerit dñs. posui vestimētū meū ciliciū hoc est carnē meā qua vestita est diuinitas abiectionē ⁊ factus sum illis in ꝑabolam Aduersuz me loquebant qui sedebant in porta ⁊ in me psallebant qui bibebant vinū scz erroris vinū impietatis. vinum sup̄bie. q̄d s̄m Augm̄. Non solū tunc in passione factū est sed vsqz hodie illi cōtigit. Sed ve ve qui tales sunt. ve a maledictōnib⁹. xij. q̄ sequūtur quas eis ꝓpheta in eodē p̄s. imprecatur. Demū generaliter cuiuslibet status fuerint. varijs modis christi

crucifixoribꝰ ꝑticipant. Nam de omībꝰ statibus aduersus dñm ꝯsiliū ꝯgregant atqꝫ falsa cōtra eum testimonia querunt vt ꝯdemnent quotiens occultis ꝯuenti culis ad perpetrāda mala ꝯueniūt dūm machinantur dolū ⁊ quō iustificent iniu sta. aut iusta ꝯdemnent. meditant dicen tes illud Sap̄. 2. Opprimamꝰ pauperē iu stum ⁊ nō parcamus vidue nec veterani reuereamur canos multi tempis. sit lex nostra fortitudo nostra ⁊c. in quo etiam tot cōtra xp̄m falsa ꝓferunt testimonia quotiens mēdacia aduersus veritatē cō fingūt. sicut scriptū est. Qui mentitur te stis est fraudulentus. ꝓuer. 12. Ex eis etiā ad modū cohortis retro cadūt ꝑcus si verbo dñi. ⁊ tñ surgentes capiūt dñm ⁊ occidūt quos a cōceptu scelere nec ver bū correctōis nec flagellū dñi r̄uocat ad eius ꝯsumatōem citius reuertunt pꝰ fla gella. de quibus dicit Hiere. c. 5. Percus sisti eos ⁊ ñ doluer̄t. attriuisti eos ⁊ rēnu erunt recipe disciplinā. indurauerunt fa cies suas super terrā ⁊ noluerunt reuerti

Sed ⁊ dñm trahunt de pontifice ad pontificem. de iudice ad iudicē qui de ve ritatis ⁊ iusticie oppressione maioribus cōplacere volunt ⁊ de iniurijs membro rū xp̄i fauoris lucꝝ querunt. de quibus in p̄s. 52. dicit Dissipauit ossa eoꝝ qui hoī bus placēt ꝯfusi sunt qꝛ deus spreuit eos Et reuera cōfundunt qñ fauorem quē ne ꝑderent xp̄m trahunt. spreti a deo ꝑdūt et intrant cōfusionē. sicut iudei qui ne ꝑ derent locum ⁊ gentem xp̄m ꝑdiderunt Sed hunc ꝑdendo vniuersa amiserūt. vt sup̄ eodez p̄s. ꝯmemorat Aug. Sed ⁊ vniuersa xp̄i mēbra ⁊ totū corpus im pie flagellant impudentissimi ⁊ vere in sani homīes q̄ qualibet occasione cōmo ti in solum creatorē suum dñm iesum pro eis ī cruce expansum nunq̄m malū inferē tem vniuersam iram suam retorquent et ꝑfidissime ꝑ omīa eiꝰ membra iurantes blasphemāt ꝯmemorātes in malo qdex incōprehēsibili ille nobis impenderat ca ritate. De quo Aug. Non minꝰ peccant qui xp̄m blasphemāt regnantē in celis q̄ꝫ q̄ crucifixerūt ambulantem in terris. Minus ergo dixi qꝛ dñm flagellāt dice re debui magis q̄m nec iudei fecerunt di membrāt Isti sicut scriptum erat. os nō cōminuerūt ex eo illi nec ossibus parcūt nec visceribꝰ nec eis etiā mēbris que ī no bis verecundū est noīare Cōtra quos cla mat vsqꝫ hodie ꝑ Esa. xp̄c Iugiter tota die nomen meū blasphemat eiusdem. 52. Sed ve ve qui ꝯtradicūt fictori suo testa de sanijs terre ve nihilominꝰ p̄sidentibꝰ qui ꝓprias nō dissimulātes iniurias cre atoris sui tanta patiunt ꝯuicia Ve q̄ꝫ et vniuersis qui ad hec impacientes ꝓuo cant aut audiendo ꝯrident. ac misera de dei sui blasphemijs solatia sibi querunt.

Caputqꝫ xp̄i coronant ⁊ ꝯspuūt qui in xp̄o deitatem nō credunt. Caput em̄ xp̄i deus ait apl's. Qui etiā anime sue ca put id est supiorem ꝑtem rōem scꝫ ⁊ vo luntatem ad dei imaginē factā fedis co gitationibus ⁊ affectibꝰ sponte ac volū tarie maculant ac pungunt nimijs solici tudinibus tꝑalium. ita vt in eis cogita tiones sancte ac desideria celestia locum habere non possunt. Abomīatio em̄ dñi cogitatōes male Prouer. 15. Et spūs au fert se a cogitatōnibus que sunt sine intel lectu. Sap̄. 1. Itē qui corpis sui caput ꝑ supbiā nouis adinuentiōibus aut super fluis ornatibus deformant. aut etiaꝫ fu co vel stibio vel alio colore adulterino fa ciem suā in qua maxime dei appet artifi ciū deturpant in hoc capitis xp̄i id ē dei tatis opa corrigentes. ꝓ talibus em̄ pec catis tot puncturaꝝ vulnera in suo capi te xp̄c sustinuit ⁊ suscepit. Nam ꝯtra ind̄ centes capit ornatꝰ duo apl'i pe. ⁊ pau. in suis epl'is clare docent ne fiat in tortis crinibꝰ auro ⁊ margaritis. 1. ad Thimo. 2. ⁊ 1. Petri. 3. Et beatꝰ Bern̄. sermōe. 5. de omībus sctīs. Pudeat inquit sectari gl'iam mēbra quibus caput suū taꝫ īglo riū exhibetur non hñs speciē aut decorē

vel aliquid hꝰ mōi. sequitur Pudeat sub spinato capite membꝝ fieri delicatum ꝙ omīs ei interim purpura nō tam honoris sit q̄z irrisiōis. Crucem deniqz dū modo carpentant quicūqz ꝯsilio fauore auxilio alios ad ꝑpetrandū mala inducunt vel inductos ꝯfortant. Quibus in p̄s. dicit. Si videbas furem currebas cū eo ⁊ cum adulteris portionē tuam ponebas Imponūt aūt crucem xp̄o ī dorso baiulandā qui querentes excusatōes in peccatis. pctā sua diuine ordinationi aut ꝓuidentie attribuūt excusantes se quasi per resistendi impotentiā deū vero accusantes Qui etiam diuinā legem aut occulta dei iudicia iudicant siue arguūt. Non oīa a deo bñ ordinata sic causantur dicentes Cur deus ꝓpriū voluntatē mihi dedit. cur sic mutabilē me ꝯdidit. cur non ad bonū necessitauit Item sic futurū preuidet q̄uis ego qui dei ordinatōez siue p̄sciam mutare valebo ita excusando se accusando deum xp̄i dorso crucez imponunt. Cōtra quos Esa. 45. ait Nunquid dicit lutum figulo suo q̄d facis. Ve qui dic̄ patri quid generas ⁊ mulieri q̄d ꝑturis Christū vero de ciuitate eijciunt ⁊ vestibꝰ spoliāt. īmo ⁊ int̄ latrones crucifigunt. Qui dum ecclesiā dei latronum speluncam suis insultatōibꝰ vagis discursibus clamoribus vanis. vtinā nō turpibus atqz ꝑniciosis tractatibus efficiunt ꝑ q̄d dñm de domo sua eijciunt. Ve ve ingratissimis hoībus cuz dñs cuius est terra ⁊ plenitudo eius orbis terrarū ⁊ vniuersi qui habitāt in eo totā terrene molis latitudinē nr̄o ꝯcessit vsui solū domū ꝑuulaz suo cultui dedicauit ī qua nobiscum ad nostrā vtiqz salutē habitare dignatur. De hac etiā sua habitatiōe eijciunt quoꝝ negotijs reliquus nō sufficit mundus. Quem ⁊ vestibus spoliant dum deuotos xp̄i amatores qui xp̄o velut corpi vestis adherent. domū dei vitare compellūt. Aut in deuotis suis orōnibus impediunt Deniqz inter latrones suspendunt dum sacra altaris officia in quibus christi passio recolitur ⁊ q̄si iteꝝ in crucis ara ꝓ peccatoribus immolatur ipsi latrones q̄a animaꝝ suarū occisores sine omni reuerētia īmo omī cum despectione ⁊ irreuerētia quasi nihil ad eos attineret cultus dei impudentissime circūgirant Quos dñs ipse olim flagellis corripuit ac verbis redarguit dicens Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabit. vos autē fecistis eam speluncā latronū. verum ⁊ illi inter latrones christum crucifigere intelligunt. qui innocentiam ac iusticiā famuloꝝ christi detractionibus suis. et infamatōnibus lacerant. Sicqz iustos cum iniquis deputant. De quibus Salomon ait Abominatō hominū detractor Et sequitur Consurget ꝑditio eorum ꝓuerbio. 24. Cum latrone quoqz dominū blasphemāt irridēdo qui in suis necessitatibus dñm non requirūt sed eius adiutorio q̄si īpotentis omisso alia sibi querunt auxilia legi diuine cōtraria Contra illud ꝓphete p̄s. 59. Da nobis dñe auxiliū de tribulatōe. qꝛ vana salus hominū. in deo faciemus virtutē. et ip̄e ad nihilum deducet tribulātes nos Vel aliter ſm Raba. sup Math. Qui cū duoꝝ latronū cum xp̄o crucifixoꝝ meōriam fecisset et eorum que ad xp̄m ꝑtulerant verboꝝ. subdit. Vsqz hodie hec geri in ecclesia videmus cū mūdanis tacti afflictōibus fuerint veri simul ⁊ falsi xp̄iani illi quidem qui ficta mente dñice passionis sacramēta gestant ad pñtis vite gaudia cupiunt liberari a domino. At q̄ simplici intentione cum apl'o non gl'iantur nisi in cruce domini nostri. ita potius a presentibꝰ erumnis optant erui vt spiritū suum in manus sui cōmendent auctoris vnaqz cum ip̄o regni celestis desiderent esse participes. vnde bene ille qui fide dubia dñm precabat funditus est cōtemptus a dño neqz vlla responsiōe dignus habitus at vero preces illius q̄ eternā a se salutē querebat pia mox dñs ex-

auditōne suscipe dignatus est. qz nimiz quicunqz in tribulatōibus positi tpalia tm̄ a dño solatia requirunt a tpalibꝰ pariter et eternis gaudijs se priuant. q̄ aūt veraciter bona patrie celestis suspirant ad hec absqz vlla dubietate christo miserante perueniunt. hec Raba. Demū lancea latus dñi percutiunt vniuersi et intima cordis nostri vulnerant saluatoris dum tanto amoze quem in tam duris laboribus angustijs t amaritudinibus horrendisqz afflictōibus tot passis vulneribus tot sanguinis effusionis ac mortis turpissime volūtaria susceptōe maxime aūt cordis vbi amoris sedes dicitur esse aptione sanguinis t aque effusiōe nobis monstraucrat nullam amoris vicem impendunt sed omnibꝰ his spretis ac vilipensis auersi ab illo q̄si nunq̄m amassz q̄si nihil ꝓtulisset ꝓuersi p amoze ad seipsos tantos labores patiunt in cassum exhibitos omī eius fructu se priuantes seipsos quoqz p facinoziosam vitā. deo qui tam caro emit precio quo cum optime esset subtrabūt et dyabolice captiuitati vnde redempti sunt itez sponte ac volūtarie nequissime se submittunt. hec sunt que coz illud amarissimū grauissimo doloris vulnere tūc lanciauerunt t nūc q̄ntum in eis est sup oēm passim dolorē superaddūt Siq̄dem sup̄ expositū ē de peccatoz damnatōe longe magis tristatus est dñs q̄m de quacunqz sui corpis lesione Sicut in simili aduerti pōt si eū quis pro amico longe se inferioze quē diligerz aut pr̄ p filio vt eum a captiuitate quā sua incidisset culpa liberaret terribilia sustineret omīa possessa distraheret viam laboziosissimā t periculis plenā arriperz latrones incideret. vulnera vsqz ad mortem suscipet tādem qualescens non reqescet donec reddito captiuitatis precio captiuū redimeret amicū data quoqz capto libertate vt cum redemptoze suo ad patriam remearet ille omnē sui liberatoris laborem sperneret passa damna t vulnera vilipenderet cum inimicis captiuatoribus suis pacta noua iniret seqz ppetue captiuitati eoꝝ sponte subijceret mallens perpetue inimicoꝝ porcos pascere q̄m cum fidelissimo patre aut amico ad cōregnandū reuerti. Nonne plꝰ ille offenderet suū redemptozem oēs eius impensos labozes picula preciū vulnera frustrando ac maiozi coz eius transfigeret tristicia q̄z quidquid ille passus fuisset t factura bonoꝝ suoꝝ qūolibz possessoꝝ. ita et nos coz domī dolore nimio configimus omnia per eum nobis exhibita per vanam nostram conuersatōem frustramus De his aūt omībus dicitur per zachariam ꝓphetā t Johannē euāgelistā. videbunt inquit inquem transfixerunt. Et in eoꝝ persona beatus Bernēs. de passione christi Exquiretur inquit a me sanguis iustus qui effusus est super terzam nec īmunis ero ab illo tam singulari scelere iudeoꝝ ꝙ videlicet tante caritati ingratus fuerim ꝙ spūi gratie ꝓtumeliā fecerim ꝙ sanguinē testamēti pollutū dixerim ꝙ cōculcaucrim filium dei. hec Bernē. Ecce dilectissimi videbatur forte iam dudum cessasse ꝓsecutōis christi tempus sed palam factum est q̄a nunq̄m deest persecutio christo q̄m per pauci hodie sunt qui non cum aliquo p̄dictoꝝ statuum rursus xp̄m crucifigunt immo tanta multitudo *crucifixorum* fiē Bernē. de *conuersione* Pauli ait ꝙ coniurasse *videtur contra* christum vniuersitas *populi* christiani a mīmo vsqz ad ma*ximum* a planta pedis vsqz ad verticem non est sanitas in eo vlla. Et hoc quidez grauius et dolēdum nimis quia totipliciter cum ꝓsequuntur qui ab eo christiani nominantur. vere amici tui deus t p̄ximi aduersum te appropinquauerunt t steterunt Beatus quoqz Augu. in ꝑmo de passione qui incipit ꝙ taceri ad idem ait pendens in ligno irrisus sedens in celo adorat. an forte adhuc irridet et etiaz nō ē iracundū iudeis qui vel morientem

deriserũt nõ regnantẽ Quis ẽ q̃ christus irridet vtinã vnus cẽt & vtinã duo vtinã nũerari possent tota palea aree irridet cũ gemit triticũ irrideri dñm Sed nunc cessate o miseri cessate. satis iam passus est sua sponte oẽm ꝓ vobis fudit sanguinẽ Cur mõ inuitũ laceratis certe non in illum tela iacitis magis in vosipos reuertunt. Si nõ illi tñ vobis parcite videbit eũ aliqñ in maiestate magna venientẽ et se de vniuersis suis inimicis potẽtissime vindicantẽ Terribilis quidã expectatio iudicij relinquit. Ait apls & emulatõ ignis que ꝓsumptura ẽ aduersarios. Nã si irritã q̃s faciẽs legẽ Moysi sine vlla miseratõe duobus aut tribus testibꝰ moriẽ q̃ztomagis pũtat deteriora mereri supplicia q̃ filiũ dei ꝓculcauerit & sanguinez testamenti pollutũ dixerit in quo sctificatus ꝑ multiplicẽ vicz recidiuã & spũi gr̃e ꝓtumeliã fecerit ꝑ tantã ingratitudinez q̃mihi vindictã ait dñs et ego retribuã horrendũ est aũt incidere in manu dei viuentis ad Hebre. x. Heu qui dicti sũt christũ sue volũtati traditũ rursum crucifigẽdo suũ faciũt ꝓdemnatorẽ quẽ cõpatiendo poterant habere benignissimũ saluatorem Quos nos carissimi fugiẽtes ac tanta facinora horrentes xp̃m iesum nostre volũtati traditũ suscipiamꝰ suam passionem ꝑ verã ꝓpassionẽ nr̃am faciamus & sic cũ illo hic ꝓpatimꝰ q̃tinꝰ etiã cũ eo exaltati nomẽ filioꝝ dei qđ est supomẽ nomẽ ꝓsequemur Et reuera nihil iustius nihilq̃z debitũ magis q̃z compati ei qui non ꝑ se sed tñ ꝑ nobis patit. Ho qđ etiã nos insensibilia instruũt elemẽta Pendente eñ patibulo creatore ait Leo pa. in ser. xj. de passiõe. Vniuersa natura ꝓgemuit & crucis clauos oĩa simul senserunt elemẽta nihil ab illo supplicio libez fuit hoc in cõicatõe sui & terraz traxit in celũ hec petras rupit monumẽta patefecit inferna reseruit densaz horroꝛe tenebrarũ radios abscondit. Debebat enim hoc testimoniũ suo mũdus auctori vt in hoc casu ꝓditoris sui vellẽt vniuersa finiri. Hec Leo. Non ergo mirꝝ ait Anꝑhelmus si sole ꝓtristato tu ꝓtristaris. si terra ꝓtremiscente tu cõtremiscis. si scissis saxis coꝛ tuũ scindit. si flentibꝰ iuxta crucem mulieribꝰ tu ꝓlacrimaris. Cõsidera ergo tu o homo redẽpte q̃s quantꝰ & q̃lis est q̃ ꝑ te pendet in cruce. Cuiꝰ transitũ & celũ luget et terra & lapides duri q̃si cõpassione scindunt. Cuiꝰ mors mortuos viuificat & quẽ oĩs creatura suũ dñm cõfitet. O coꝛ humanũ oĩm lapidũ duritia durius si ad tanti remeõꝛatõez placuli nec terꝛoꝛe ꝓcuteris nec ꝓpassione afficeris nec ꝓpunctõne scinderis nec pietate molliris. Vñ et Hiero. sup Math. ait Oĩs creatura xp̃o moriẽti ꝓpatit sol obscurat terra mouet petre scindunt velum templi diuidit sepulcra aperiunt Sed solus miser hõ non compatit ꝑ quo solus xp̃c patit. Et btũs Bernũ. in sermo. de sacramẽto altaris ait. Mortẽ ꝑpẽ nos subire voluit qui pctã nr̃a sup lignũ sustinuit in crũce sua sez penã pctoꝝ cuiꝰ liuore sanati sumus Quid facis hõ indigne q̃d facis homo ingrate. Adora deuotius recole frequentiꝰ salutẽ mundi pro te passam vitã ꝑ te mortuã fortitudinẽ infirmatã. Si membꝝ xp̃i es ꝓpatere capiti tuo Si frater xp̃i es cõmorere fratri tuo plãge dole cũ gemitu & lacrimis sup mortem p̃ciosam vnigeniti dei patris Alioq̃n si non doles si nõ plangis si nõ ꝓpateris deliras degeneras beluaz sapis letargiam pateris hominem differeris. Sed et beatus Augustinus in quodã sermõe de passione qui incipit. Quod taceri deus noluit Tempus est lugendi passio domini celebratur. tempus est gemendi tẽpus flendi tempus confitendi tempꝰ deprecandi Et quis nostrũ ydoneus ad effundendas lacrimas pro dignitate doloris tanti. Nam et prophęta ait. Quis dabit aquã capiti meo et oculi meis fontem lacrimarum Si vero fons lacrimaꝝ esset in oculis nostris nec ipse sufficeret

hec Aug⁹ Sed forte dicis quō xp̄o compati potero quō illi ꝯdolere q̄ nunc longe factus ab omni dolore ⁊ tristicia regnat omni plen⁹ gaudio gloriosus in celo Neqꝫ em̄ miles strēnu⁹ filio suo fortiter ꝯtra inimicos pugnāte ⁊ per dura vulnera cōtra eos triumphāte post per actum triumphū at plene recupatam sanitatem compatitur · q̄nimo cōgaudet vehementer ⁊ de fortitudine ꝓbata filij de gloria triumphi de adq̄sitione spolij ⁊ subiugatione inimici ita iustior nobis videtur letandi ratio de passione dn̄ica ⁊ ꝓpter christi exaltationē ⁊ gloriā propter qd̄ deus exaltauit illum ꝛc̄ Ait apostol⁹ ad Philip. 2. ⁊ ꝓpter crudelissimā subiectionē atqꝫ destructionē inimici ⁊ ꝓpter nostrā redemptōnē Preterea cum dolor ⁊ tristicia que in ꝓposito pro eodem reputātur qꝛ ꝯpassio magis tristicia q̄ꝫ dolor ꝓprie dicta est. Cum ergo tristicia ſm Aug^m. vt sup̄ dictuꝫ est. est dissensio animi ab his rebus que nobis nolentibus accidunt. Passio em̄ xp̄i non est a nobis nolita sꝫ magis volita velut redemptio nostra. hanc em̄ Petr⁹ nolebat ⁊ argut⁹ est a dn̄o. Audiuitqꝫ vade retro sathanas qꝛ scandalū es mihi quia nō sapis ea que sūt dei sꝫ ea que sunt hominū Mat. xvj. Deniqꝫ sicut pr̄es veteris testamēti hanc xp̄i passionē futuraꝫ desiderabāt ꝑ quā se nouerant saluādos Vn̄ Esa. 53. dicit ex ꝑsona eoꝝ. Desiderauim⁹ eum despectū et nouissimū viroꝝ ꝛc̄ Et iteꝝ. Veni ⁊ libera nos relaxa facinora plebi tue ⁊ similia multa. Nouerūt aūt nō nisi per passionē populū liberatuꝝ vt manifeste patet per Esay. 53. Cui⁹ liuore sanati sumus. Et sequitur. Si posuerit ꝓ peccato aīam suam videbit semen longeuum ꝛc̄. Ex quoꝝ etiam persona deuot⁹ ille passionis xp̄i cultor Bern̄ ser. 2. de natiuitate q̄si ad passionē dominū inuitās ait. aperi tu librū agne dei māsuetudo vera fodiendas expone videlicꝫ man⁹ ⁊ pedes vt ꝓcedat q̄ in eis latet thezaur⁹ salutis ⁊ copiosa redēptio: frange deniqꝫ esurientib⁹ panem tuū. Sol⁹ em̄ frangere potes q̄ solus vt ꝯfracta ꝯsolides stare potes ⁊ in ipsa ꝯfractione solus potestatem habes ponēdi aīam tuam cū volueris resumendā. Tua ergo miseratione saluatur aliquaten⁹ templū hoc sed non penit⁹ dissoluat. Separet ab anima caro sed verbū sane ⁊ carnis seruet incorruptionē ⁊ anime plenā conferat libertatem vt sola inter mortuos libere agat · educens vinctos de domo carceris sedētes in tenebris ⁊ vmbra mortis ponat anīa sancta carnē immaculatā. sed resumēdā tercia die vt moriens mortē ꝑimat ⁊ vita hominū cum resurgente resurgat hec Bern̄. Sicut ergo patres desiderabāt futurā. ita ⁊ nos volum⁹ ⁊ gaudem⁹ esse factā. ideo vbi supra subdit Bern̄. ita factum est dilectissimi. ⁊ ita factū gaudeamus. morte illa mors mortua est ⁊ regnaturi sum⁹ in spem vite ꝑ resurrectionē iesu ex mortuis. Stultū ergo videtur ad hoc meditari xp̄i passionem. vt doleā⁹ vt lacrimas educam⁹ cū de ea quam nō nolum⁹ sed volum⁹ factam esse tristandum nō sit sed gaudendū. Ecce non modica ratio dubij ex opposit] sanctoꝝ dictis orta. quā nihilomin⁹ ex eorundeꝫ auctoritatib⁹ dissoluem⁹ dicentes. Qd̄ de passione domini ⁊ gaudendū est ⁊ dolendū. Sicut ⁊ ipse dn̄s de ea gauisus est ⁊ nihilomī⁹ doluit vehement. exultauit inq̄t ꝓpheta vt gigas ad currendū viaꝫ ⁊ tn̄ ait Tristis ē aīa mea vsqꝫ ad mortē ideo etiā an̄ passiōis sue diē voluit cū ingenti gaudio ppl'i cū laudib⁹ ⁊ canticis atqꝫ palmaꝝ ramis recipi. Int̄ q̄ tn̄ gaudia visa ciuitate hierusalē dignat⁹ est lacrimari. vt hētur Luc. 19. ſn̄s se cū desiderio atqꝫ cordis gaudio venire ad passionē. vt ꝑdit⁹ hō redimeret. ⁊ nihilomī⁹ de sui corꝑis seuissima lesiōe ac pctōꝝ ob duratiōe vehementi⁹ ꝯtristari ⁊ ob hoc etiā eccl'ia sponsi sui inherēs vestigijs ꝓcessioni solēni in die palmaꝝ q̄ ſm Bern̄

gaudiū signat. copulat officiū de passiōe
qđ passionē concitat. habz eñ ait Berñ.
ser. j. de ramis pal. ꝓcessio plausū passio
planctū ad mistice designandū ꝙ de dñi
passione gaudēdū nobis est pariter ⁊ do
lendū Qđ gaudendū nobis sit his sā
ctoꝝ testimonijs approbatur. ait eñ be
atus Leo ser. 5. de passione q̄ incipit sac̄
mentū dilectissimi. lugeat carnalis iude
us. sed spiritalis gaudeat xpianus ⁊ fe
stiuitas que illis est versa in noctem no
bis coruscet in lucem qm̄ crux christi eađ
est et credentium gl'ia et non credentiuz
pena. Quāuis eñ ꝑsequentiū furor nihil
aliud in dñm maiestatis opatus est q̄m
atrocem crudelitatem ⁊ immite suppli
ciū redemptis tamen hac dñi passiōe ve
rior iustiorqz ratio letandi q̄m dolēdi. et
sequit' nulla fidelium mestitudine pascha
lis est obscurāda solēnitas nec cum tri
sticia gestoꝝ ordo recolendus est cuz ita
dñs vsus sit malicia iudeoꝝ vt de inten
tione facinoris voluntas sit impleta mi
serētis. si in exitu israel de egipto agni sā
guis fuit restitutio libertatis. Et sacratis
sima facta est festiuitas que per hostiaz
pecudis iram auerteret vastatoris Quā
ta populis christianis concipienda sunt
gaudia ꝓ quibus omnipotens pater fi
lio suo vnigenito nō pepercit sed ꝓ nobis
omībus tradidit eū vt in occisiōe christi
pascha esset verum ⁊ singulare sacrificiū
quo non ex dñatōne pharaonis vnꝰ po
pulus. sed ex dyaboli captiuitate totus
eruitur mundus. hec leo. Et beatꝰ Joh.
chriso. omel'. xj. Hodierna inquit die no
ster dñs pependit in cruce et nos festiui
tatē nimia leticia celebramꝰ vt discamꝰ
crucem totius spiritualis gratulatōnis
esse substantiam Etenim ante ip̄m voca
bulum crucis pena fuit sed nunc ad glo
riam nuncupatur. hinc et apl's ad Gal.
6. Mihi inquit absit gloriari nisi in cru
ce dñi nostri iesu xp̄i. Item berñ. in ser. đ
eucaristia ait. Christe iesu mortis tue me
moria tanq̄m opus pigmentarij q̄si thꝰ
redolens in dicbꝰ estatis q̄uasi regio aro
matū qm̄ purgat estus solis ⁊ quasi flo
res rosaꝝ in diebus vernis ⁊ quasi lilia q̄
sunt in transitu aque omīa hec quibꝰ pas
sionis memoriā comperat. iocunditatē
habent nō tristiciā Gaudendum er
go nobis est de xp̄i passiōe nihilominus
⁊ ꝯpaciendū nō vno atqz eodē respectu
sed diuersis. de quo mgr̄ dis. vl li. j. sn̄iaꝝ
questionē soluens qua querit'. vtrū viris
sanctis placere đbuerit ꝙ xp̄c pateretur
vel occideretur dicit. debuit placere eis.
sed non intuitu ip̄ius cruciatus. voluer̄t
ergo et vehementer cupierunt christum
mori ꝓpter liberatōem homīs ⁊ imple
tōem diuine voluntatis sed non voluer̄t
dilectōz afflictōis ip̄iꝰ De eođ ḡ letabūt
et tristabant sed ob aliud gaudebant et
ob aliud dolebāt Volebant xp̄m mori ꝓ
homīs redemptiōe ⁊ tñ de morte ip̄ius
diuersis causis corda eoꝝ varie mouebā
tur ⁊ sequit' illius passionem credentium
pie mentes voluerūt ⁊ optauerūt fieri si
cut futuꝝ credebāt Ecce quo r̄spectu pas
sio christi a nobis volenda est inq̄ntum
scz ꝑ eā patris īmo totius trinitat' gl'ia
clarificata ⁊ volūtas impleta est. inquā
tum ꝑ eam hō xp̄c exaltatus est ⁊ rece
pit nomen qđ est sup omē nomē. vt ī no
mine eius omē genu flectat' celestiū terre
strium et infernoꝝ inq̄ntum ꝑ eam ange
lica ruina repta est inq̄ntū ꝑ eam ꝑditus
hō ac ꝑpetue damnatōis vinculis cōpe
ditus inuentus est solutꝰ ⁊ hereditati ꝓ
dite restitutꝰ ⁊ sic de alijs fructibꝰ passi
onis Sed nunc videamus quo sit re
spectu ꝯpaciendū ⁊ ꝯdolendū Nā ꝙ pa
cienti xp̄o ꝯpaciendū sit iā multis testi
monijs est oñsū Cui etiā apl'ica auctori
tas accedit. ait eī Petrꝰ xp̄o passo ī car
ne ⁊ vos eadem cogitatōe armamini. j.
Pe. 4. Paulusqz ad Roma. 8. dicit Ipse
enim spiritus reddet testimonium spiri
tui nostro ꝙ sumus filij dei. si aūt filij et
heredes. heredes q̄dē dei. coheredes āt
xp̄i. Si tñ ꝯpatimꝰ vt ⁊ sil' glorificemur

cũ illo Et ad Hebre. 13. Jesus vt sanctificaret per suũ sanguinem ppl'm suũ extra portam passus est Exeamus igitur ad eũ extra castra improperiũ eius portantes ⁊ similia multa Quia ergo ꝯpaciendum illi est. ꝯsiderandũ qũo id fieri debeat atq; possit Ubi aduertendũ ꝙ dupliciter possumus ꝯpati pacienti xp̄o. Uno mõ passioni illius ꝯdolẽdo. Alio modo passionem eius imitando primũ agimus cũ ex hoꝝ memoria que passus est dñs ĩ nobis tristiciã quandã excitam⁹ siue displicentiã qua cor nostꝝ affligendo vice qualiscunq; rependẽde gratitudinis molestiã hanc intus assumimus vt aliquantulũ illi ꝯformemur qui ꝓ nostra salute ꝑtulit vniuersa Est em̃ tristicia quelibꝫ molestia Causat aũt hec tristicia in nobis qñ ꝑ intentã meditatõem ac distinctam pñtia nobis facimus in fantansia ea que illata sunt xp̄o ac quib⁹ ip̄e afflictus ẽ ꝓ nobis. hec dum nobis displicent simpl'r vel ex ꝯditione. ⁊ tñ ꝯsideratõe sunt presentia generãt in nobis tristiciã ⁊ dolorẽ vt ex supra dictis patꝫ Sed forte dubitas que nobis displicere possint in passione xp̄i dicendũ breuiter hoc displicet qđ nolumus. Primũ ergo est ꝙ passionẽ xp̄i simpl'r non debem⁹ nolle. Nam si simpliciter eam nollem⁹ iam voluntatẽ nostraꝫ volũtati illi⁹ difformarem⁹ Nã ipse oblat⁹ est qꝛ voluit. et qđ ip̄e voluit nos nolle non debem⁹ Non ergo de illa dolẽdum est aut tristandũ tanq̃m de re nolita simpl'r sed magis sic nobis est gaudenđ. Ut ergo breuiter dicamus omĩa illa possumus. et debemus nolle simpl'r vl' ex cõditione que ⁊ qũo noluit xp̄c passus ⁊ ita de omĩbus his tristari đ quibus sua aĩa ꝯtristabatur. hec aũt que sint q̃re sup̄ Et hec rememorãdo breuissime rememorãtib⁹ ea que pertulit xp̄c occurrũt multa. Primũ lesio xp̄i corpalis siue etiã fame ꝑ ꝯuicia ⁊ irrisiones quã licet vt susceptaꝫ a christo non nolumus simpl'r. nolum⁹ tñ eam ex ꝯditõe. vellem⁹ em̃ hec christũ ꝓ nostra liberatõe pati nõn oportuisse si omĩa cetera eque iusta ꝓspa ⁊ ꝑ se appetibilia fuissent siue ea nolumus etiã tã seua xp̄i vulnera naturali quadam deinclinatione qua natural'r quos refugit ⁊ horret vulnera nedũ in se sed in ꝓximo maxime aũt amico. hec aũt nolitõ ꝯditõnata ⁊ horror naturalis ꝑm p̄dicta sufficiunt ad causandũ tristiciã duꝫ que sic nolum⁹ accidere vel accidisse apprehendimus sicut de videntealium incidere vel secari a medico aut ꝓijcere merces Occurrit deniq; offensa filij dei ⁊ summe trinitatis ꝑ hoc singulare pctm̃ crucifixorũ iudeorũ et gentiliũ dũ viri impij ut ait Bern̄. ser. de passione Uiꝝ iustum iniuste occiderũt ⁊ sacrilegas manus in ip̄m dei filiũ iniecerunt. Ad qđ expalluit ⁊ expauit tota machina mũdialis ⁊ pene ĩ antiquũ chaos sunt omĩa reuoluta Et hoc simpl'r nobis debet ⁊ maxime displicere. Occurrit ⁊ ingratissima christianoꝝ multitudo filiũ dei ostentui hñs et sibimetip̄i rursum crucifigens vt sup̄ tactũ est quoꝝ pctã ⁊ maxime ꝓpria qꝛ dei offensiua merito tristiciã ingerunt ⁊ dolorem. ⁊ alia ml'ta vt eoꝝ damnatõ ⁊ sanguinis christi frustratio que longũ est omĩa enarrare nobis cũ animi nostri dissensione occurrerent per ꝯsequens in nobis tristiciã generabunt placet pl'imũ dño eoꝝ q̃ passus est meditatio. que etiã alios pl'imos habet fructus quoꝝ declaratõem alias censui reseruandũ. Jõ aũt btũs Bern̄. ser. 44. super cantica ait Tu si sapis imitaberis sponse prudentiam. atq; hunc mirre fasciculuꝫ de principali tuo pectoris nec ad horam patieris auferri. Amara illa omnia que pro te pertulit semper ĩ memoria retinẽs et assidua meditatõne reuoluens. et cetera q̃ sequũt Compati deniq; debem⁹ christo passionem eius imitando sicut ipse admonuit. Qui nõ accipit crucẽ suã et sequitur me non est me dignus. Mat. x. Imitatur aũt christi passionez. qui ꝓpt̄ illum sine intermissione morit̄ dyabolic

Rusionibus mundi illecebris ⁊ concupiscentijs sue carnis Moritur dico nō consentiendo viriliter repugnando. Ad qd̄ nos hortatur apl's. Mortificate inquit membra vestra que sunt sup terram Que sequitur fornicatōem. immundiciā. libidinem. ꝯcupiscentiam malā. auariciam. iram. indignatōem. maliciā. turpem sermonē. ihec em̄ mēbra veteris hoīs ꝓpt̄ quod sequit̄. expoliantes vos veterē hominē cum actibus suis hoc est membris supradictis Itē ad Gal'. 5. Qui sunt christi carnem suā crucifixerunt cum concupiscentijs eius. Et .2. ad Lor. 4. Semper inquit mortificatōem iesu christi in corpore nostro circūferentes vt ⁊ vita iesu ī corpibus nostris manifestet̄. hunc compaciendi modum beatus Leo papa ser. je. de passione qui incipit Sacrā dilectissimi satis late tradidit inter cetera ita dicens. Quis christū passum. mortuū ⁊ resuscitatū colit nisi qui cum ipo patitur et moritur ⁊ resurgit Siquidem pacē cū hoc mundo nisi amatores mundi habere non possunt et nulla vnq̄m iniquitati cū eq̄tate cōmuīo nulla mendatō cū veritate concordia. nullus est tenebris cuz luce consensus. malignoꝝ quoqz spūum aduersus sanctos insidie non quiescunt ⁊ siue occulto dolo siue aperto p̄lio ī omnibus fidelibus ꝓpositū voluntatis infestant. inimicū nanqz illis est. omē qd̄ rectū omē qd̄ castū est. xp̄i ergo cultores mortificatis cupiditatib⁹ crucifixis corpis sensibus ad nullū hostiū metū ad nullum inclinantur obsequium. voluntatem em̄ dei sibi preferunt ⁊ tanto amplius se amant quanto amplius ꝓ dei se amore non amant. Cunqz audiuit diuinitus sibi dici. post ꝯcupiscentias tuas non eas et a voluntate tua auerte. diuidunt affect⁹ suos ⁊ legem mentis a corpis lege discīdunt. vt ex quadam se pte sibi denegent perdentes se in his que carnaliter concupiunt ⁊ inuenientes se in his que spūal'r cōcupiscunt. hec Leo Ad hunc paciendi modū non dirigit scriptura in supra allegatis ⁊ alijs multis Nam ꝙ petrus dixerat xp̄o in carne passo eadem cogitatiōe armamini quasi exponens que dixit addit qꝛ qui passus est in carne desijt a peccatis vt non iam desiderijs hominū sed voluntati dei qd̄ reliquū est in carne temporis viuat ad id̄ fac̄ qd̄ .c.2. eiusdē epl'e scribit. xp̄c inquit passus est ꝓ nobis. vobis relinquens exemplū vt sequamī vestigia eius in quo sequit̄ vt peccatis mortui iusticie viuamus Sicut ⁊ ille peccatū non fecit. nec inuentus ē dolus in ore ei⁹ Simil'r qd̄ paulus dixerat si tñ cōpatimī ꝑtinet ad id qd̄ supra dixerat si facta carnis mortificauerit| viuetis s̄m glo. hoc idē intendit cū ad hebre. scribens diceret Exeamus extra castra sicut dicit glo. extra castra corpis mortificātes mēbra cū vicijs ⁊ ꝯcupiscentijs portantes paciēter improperium ei⁹ ꝯstanter sufferre oīa aduersa vsqz ad mortem ꝓ xp̄o illata

Hoc ergo in summa ē compati xp̄o per imitatōem verisil'r resistere ⁊ nullatenus consentire quibuscunqz a lege christi trahentibus siue ꝯcupiscētijs aut suggestiōib⁹ internis siue blandimētis aut ꝑsecutōibus externis quod qui facit molestias multas patit̄ intus ⁊ foris que ferendo ꝓpter xp̄m seip̄m crucifigit ⁊ sibi moritur viuit aūt xp̄o cui ꝯpatit̄ hec cōpassio principalior est priore ⁊ magis nenessaria sine qua prior nō sufficit. q̄ enim sic xp̄o non cōpatit̄. iam nō cōpaciendo xp̄m crucifigit Ad hanc aūt prima ordinatur ⁊ disponit qꝛ omīa facile vincitur omīa tolerabilia nobis efficit passio xp̄i deuote meditata ideo volēs hortari ad scd̄m modū cōpassionis beat⁹ Petr⁹ p̄misit christo passo in carne eadem cogitatōe armamini. qꝛ cogitatō eiusdez passionis arma nostra sunt quib⁹ cōtra oīa aduersa toleranda ꝑ pacīam armamur hinc Grego. in omel'. Nihil adō graue qd̄ non equanimiter toleret̄ si xp̄i passio ad memoriā reuocatur. ita agamus

carissimi xp̄i deuote passionē xp̄i ⁊ iugiter meditemur ⁊ ꝯdoleamus illi. Sed et paciendo ⁊ laborando imitemur eum ne vnq̄m a via quā mōstrauit declinemus. vnde si qñ obseruantie christiane q̄s sentiat se limites excedere velle ⁊ in id cupiditates suas tendere ꝙ eum a recto itinere faciat declinare. recurrat ad crucē dñi ⁊ ligno vite motus noxie volūtatis affigat ac voce ꝓphetica ad dñm clamet ⁊ dicat. Cōfige clauis timoris tui carnes meas a iudicijs tuis timui hoc autem ē clauis timoris dei carnes habere ꝯfixas corporeos sensus ab illecebra illiciti desiderij sub metu diuini cōtineri iudicij. vt qui resistit peccato ⁊ ꝯcupiscentias suas ne quid morte dignum opetur interficit Audeat cū apostolo dicere. Mihi mundus crucifixus est. et ego mundo. Et iterum mihi viuere christus est ⁊ mori scz ꝓ illo lucꝝ Magnū lucꝝ vbi ꝓ mori peccato datur christus vita gratie iusticie ⁊ glorie Datur eñ voluntati sue dñs iesus ip̄am voluntatem per gr̄am liberans. ꝑ iusticiam eleuans. per gloriam eternaliē beatificeq; coronans quā omnibus suo adquisiuit agone et triūphali morte crucis. hodiernaq; amarissima passiōe dei filius dominus noster iesus christus cui cum eodez patre ⁊ spiritusancto sit laus gloria honor. virtus ⁊ victoria per eterna secula seculorum Amen.

Explicit sermo historialis de passione dñi multū notabills. olim (falso sub titulo) falsissime ex mendoso exēplari impressus Nūc vero ex primeuo originali accuratissime emendat⁹. et imp̄ssus ꝑ magistrum johannē otmar in Reuttlingen Anno. j489. die j9. mens̄ februarij.

Hain* 8515

Alia introductio sub alio themate. Proprio filio suo non pepcit deus Ro. 8.

Pter omnia opa misericordie dei q̄ ab initio saluti sunt impensa mortaliū. nihil est mirabili⁹ nihilq; sublimius q̄m ꝙ ꝓ mundo crucifixus est christ⁹ vt ait Leo vñ xp̄iane spei vera ratō ⁊ p̄ncipalis causa crux xp̄i ē. q̄ licet iudeis sit scandalū. gentib⁹ aūt stulticia. nobis tñ dei virtus est et dei sapientia. vnde summū hoc et potentissimū diuinum misericordie sacramentum. semper quidē ī cordibus nostris cum tota sua dignitate retinendum est Sed nunc viuatiorem animi sensum ⁊ puriorē exigit mentis intuitum. qñ illud non vt p̄teritū sed vt nunc pñs s̄m institutōem sctē mr̄is eccīe celebram⁹ Quāuis aūt dñice passiōis sacramentū plenissimū sit omī spūali ꝯsolatōe ⁊ doctrina. inueniatq; in ea recollecta refectōem vnusquisq; s̄m cordis sui affectum. amore succensus sancti ignis fomētū. infirmus medicamentū timid⁹ spei baculū. consolatōem turbatus. illuminatōnem cecus. liquefactōnem induratus vt sit ip̄a passio bñdicta omīa in omnibus. tñ quia ad singula tractandū tempus angustū ē. vt historie veritatē ꝓseq̄mur ceteris omissis ea attenti⁹ ꝯsiderem⁹ q̄b⁹ tanti doloris amaritudinē cognoscam⁹ ad qd̄ ꝓpositū s̄uit v̄bulū apl̄i. ad Ro. 8 scriptū ⁊ totiēs ī diuino officio repetitū.

Proprio filio suo nō pepercit In q̄ q̄dem
vbo. ⁊ si paterne pietatis ineffabilis mu
nificentia que vnigenitū suū ꝓ pctōribꝰ
⁊ inimicꝭ tradidit manifestat̄ sic̄ scriptū
est. Cum adhuc inimici essemꝰ reconcilia
ti sumꝰ deo per mortē filij eius Roma. v
Nihilominꝰ tñ ⁊ passionis dñi amaritu
dinem si attendatur diligentiꝰ rep̄sentāt
cum p̄rem nō pepercisse filio ꝯtestantur
Si em̄ ꝑm topicam phī. q̄d magis vide
tur inesse nō in est. nec illud q̄d minꝰ vide
tur inesse inest. Parcere nulli. ita in est sic̄
ꝑentibꝰ respectu filij ꝓprij. maxime vni
geniti scꝫ sicut ait ꝑ Esa. dñs. c. 49. Nun
quid potest obliuisci mulier infantē suū
vt non misereat̄ filio vteri sui. Si ergo q̄
genuit nō pepcit q̄s alius ꝑcere potuit.
Habuit em̄ dñs jesus ꝑm duplicē naturā
duplicē generātē. ꝑm diuinā habuit pa
trē deū a quo ip̄am naturā diuinā nasc ē-
do accepit. sic̄ ipse dixit. q̄d dedit mihi
pater maiꝰ oībus est. ego ⁊ pater vnū su
mus Joh. x. ꝑm humanā habuit iudeo
rū gentē. hinc dixit. Salus ex iudeis est
Joh. 4. Neuter pepcit vterqꝫ p̄r celestis
⁊ iudeoꝝ ppl̄ꝰ in mortē ignominiosā tra
didit. sꝫ nō eadē intentōe. Pater q̄dem
celestis ex caritate eximia vt nobis in eter
nū ꝑceret ꝓprio filio suo in passiōis tpe
nō pepcit. teste filio Joh. 3. Sic p̄r dilex
it mundū vt filiū suū vnigenitū daret vt
omīs q̄ credit in illū nō ꝑeat sed habeat
vitā eternā Judei vero ex inuidia morta
li vt illi nō ꝑcerent nec sibijpsis nec suis
posteris pepcerūt. hic vox illa insaniēt̄
populi ad iudicē parcere volentē. Sang
uis eiꝰ sup nos et sup filios nr̄os Mat.
17. Q̄d synagoga nō pepcit testis est illa
vox eoꝝ totiens repetita. Tolle tolle cru
cifige crucifige. nō hūc dimitte sed barra
bam. Testis est ⁊ ꝓpheta. Facta ē mihi
hereditas mea q̄si leo ī silua. dedit ꝯtra
me vocē hiere. jr. ꝙ etiā summꝰ pater nō
pepcit ꝓbat vox clamoris validi. hely
hely lamazabathani. Et reuera vbi pat̄
ille miscōiaꝝ nō pepcit. ad penā oīa ve-
niunt. Si deus inq̄t apl̄ꝰ ꝓ nobis quis
ꝯtra nos? Vbi thema jta in opposito.
Si deus ꝯtra nos q̄s ꝓ nobis esse pote
rit hinc etiā ea que videbātur esse ꝯsola
tionis dño ad maioris augmentū dolo-
ris fuisse ꝯprobātur. sicut flentiū mulieꝝ
sequela q̄bus ait. filie hierusalē nolite fle
re super me sed sup vos ⁊ filios vestros
Luce. 23. Obliuiscit̄ impositi hūcris pati
buli ⁊ flentibꝰ ꝯpatitur mulieribꝰ Et vir
ginis matris p̄us semꝑ dulcissima nunc
aūt tristissima p̄sentia cui se subducens
aliū assignauit filiū dicens. Mulier ecce
filiꝰ tuus In omībꝰ ergo penam inuenit
q̄r pater ꝓprio filio suo nō pepcit. q̄s vt
ꝯpassiua mente tractare possimꝰ. patiē
tem filiū simul ⁊ ꝯpacientē matrē nobis
datam implorem ꝰ dicentes deuotiōe in
tima Pater noster q̄ es in celis. Aue ma
ria gratia plena dñs tecū

Sequitur alia introductio sub
alio themate.

Ntrauerunt

aque vsqꝫ ad animā meā p̄s.
68. Verba hec sūt viri ꝑm cor
dei. regij ꝓphete pueri citharede Dauid
qui ꝓphetico spū tensam in saluatoris
mundi corpe citharā tetigit. eiusqꝫ pas-
sionem ceteris clariꝰ preuidit ⁊ psalmo
rum suoꝝ canticis designauit De q̄ etiā
totū p̄s. 68. degessit. In cuiꝰ p̄ma porti
uncula ꝓ themate dicendoꝝ assumpta
eiusdē passionis amaritudinē. oīm alio
rum afflictiones excedentē. quā ꝓ nr̄a
salute misericordiaꝝ dominꝰ hodierna
die sua sponte subijt subtiliter ⁊ sūmarie
ꝯprehendit. A quā em̄ tribulationis af-
flictionē simul ⁊ affligentes ac tribulan
tes esse Jam dudum ac frequēter scriptu
ra docuerat. De q̄ est etiam illud Esay. 8
Ecce dominꝰ adducet super eos aquas
fluminis fortes ⁊ multas regem assirio
rum ⁊c̄. Nullius autē tribulatio animā
ita transfixit quomō animā dñi iesu xp̄i.
Siq̄dem tribulatiōis afflictio animam

dñi jesu christi attigit quā hodie a corpe
sepauit. ⁊ hoc ꝯmune cū alijs martiribꝰ
habuit. quos inflicta etiam a ꝑsecutori-
bus pena gl'iosam ꝑduxit ad mortē. verꝫ
nō aīam eoꝝ intrauit. qꝛ ⁊ si corpa acer-
ba senserunt tormenta anīe tñ eoꝝ ꝯso-
latōes ml'timodas acceperūt Soliꝰ xp̄i
passio sicut torrens felleus aīam introi-
uit a quo omīs ꝯsolatio passionē alleui-
ans est subtracta. in quo ⁊ si mater v̄go
vtpote cuiꝰ cum vnigenito filio cor vnuz
erat ⁊ anīa vna satis multūqz accessit.
qm̄ ⁊ de ip̄a predictū est Et tuam ipsius
aīam pertransiuit gladius. nō tñ sine cō
solatore reliquit. qui eam vnice electā di-
lexit dū iā iamqz in cruce moriens custo-
dem ac seruitorē discipulū p̄ ceteris dile-
ctum tradidit vice sua. Jp̄m vero domi
uū ita maris altitudo salsissimi ⁊ passio-
num tempestas absorpsit. ac penitus di
mersit. vt subtraheretur quidq̄d alleuia-
re. adderet q̄dq̄d dolores ac tristiciā po
terat augm̄tare Jō ait Laboraui clamās
vox clamoris erat heli heli. Rauce facte
sunt fauces mee ꝓpter humoris defectū
arescente vt testa virtute mea. Jdeo de-
fecerūt oculi mei p̄ lacrimaꝝ ml'titudine
⁊ violentia mortis dire Vere itaqz ītra-
uerūt aque vsqz ad aīam meā quia vt ali
bi dicitur Repleta est malis anima mea.
Ad hanc autem ꝓassionis vehementis-
sime historiam ſm morem audiebā ꝯue-
nistis. Jta queso audite illū ꝓ nobis pas
sum vt et nos illi aut magis vobis in il-
lo compati satagatis. ne saxis rigidiora
inueniant vestra corda que paciente dño
scissa sunt. Quippe cui non satis visum ē
pro nostris peccatis vniuersa extrinsecꝰ
illata sustinere. nisi etiam passionis aque
intrarent vsqz ad animā suam. digne nō
respondemus nisi ⁊ compassiōis torrēs
amaricet anime nostre interiora que priꝰ
peccata nostra ꝓ quibus ille passus ē fe-
dauerua t. Verum nisi ille qui solus dare
potest aquam viuam petentibus fontez
nobis donauerit lacrimaꝝ inuanum niti
mur. Jdeo ad illū fiducialiter recurramꝰ
deuotissime rogantes vt qui sua passio-
ne mouit celum terram ⁊ inferna nostra.
etiam corda scindere ac ad recte compa-
ciendum dignetur emollire. intercessiōe
tristissime sue matris hodie sibi a ceteris
derelicto ineffabilibus fletibꝰ ⁊ lacrimis
assistentes. ꝓ cuius impetratōe dicamꝰ
Pater noster Aue maria. Jntrauerūt aq̄
vsqz ad aīam meam. Aquas illas pas-
sionis de christi anima redundantes ita
nos suscipere curemus in nobis Qūo il-
le suscipe est dignatus Jp̄e em̄ ad patris
honorem ꝓ nobis tantaꝝ aquaꝝ sustinu
it impetū. nos ad illius honorē ⁊ nostrā
salutem easdem aquas degustando ꝯpa
tiamur. qđ vt fieri faciliꝰ possit. Prīo ⁊c̄
Sequit diuisio vt sup̄ in p̄ncipio ſmōis.

Sittich

Deo grās